¶ Materia hui⁹ hymni ẽ ꝑparatio gaudij de natiuitate xp̄i redẽptoris. ⁊ gaudiũ annũciatũ eſt nobis ꝑ angelũ apparẽtẽ ⁊ paſtorib⁹ ĩ via dicẽtẽ. Annuncio vobis gaudiũ magnũ ⁊c̄. Cuius natiuitatẽ hec ſigna ⁊ miracula ſecuta ſunt. ſ. ſtella apparuit magis q̄rẽtib⁹ deũ q̄ duxit eos ꝑuia vſq; ad ipm. Jn cui⁹ natiuitate herodes: ⁊ q̄libet mal⁹ ꝯfundiť vel doctrina mala ⁊ ꝑniciositaſ ſiue malicia tp̄iſ eo naſcẽte ceſſauerũt. ſ. idoloꝝ cultura: ⁊ ſacrificia vana ſeditiões ⁊ bella qꝛ ĩ natiuitate xp̄i pax fuit ꝑ vniuerſum orbẽ. ⁊ vox angeli loquẽtis: fero. i. affero nũciũ vobis de ſupnis. i. de celo. xp̄s dico dñator orbis: fili⁹ dei natuſ eſt in bethleẽ iude. i. in ciuitate illa q̄ ſorte accidit tribui iude: eñ pro: qꝛ ꝓpheta dixerat. i. ꝓphetauerat ſic futurũ eſſe ante.

Hũc canit læt⁹ chor⁹ angelorũ:
Stella declarat veniunt eoi
Pricipes digni celebraꝛ cultũ:
Myſtica dona

¶ Chorus angelorũ canit hũc. ſ. xp̄m. chor⁹ dico let⁹ et exultãs ⁊ laudãs deũ: ſtella q̄ duxit magos. i. ſapiẽtes. declarat. i. manifeſtat eis ſaluatorẽ. eoi. i. oriẽtales. principes. i. reges: veniunt celebrare. i. honorare deũ. ſ. dignum cultum ⁊ offerre myſtica dona deo.



UVA. BHSC. IyR_124_2

Thꝰ deo/ myrrhā trocletē humādo/
Bracteas regi chryſeas decenti/
Dum colūt vnum meminere trino
Tres dare terna.

¶ Iſti tres reges meminere.i.memoria habuerūt afferre tria munera.ſ.aurū thꝰ ⁊ myrrhā. Et meminere dare.i.afferre deo thꝰ ⁊ myrrhā.trocletē.i.rotūdā. Antonius. trocletē potiꝰ fluētē a trocheo qđ eſt fluo:ꝗ eſt arbor ita dicta a loco vbi naſcit̃.⁊ hꝫ aureū colorē.⁊ declinat̃ hec trocletis.huiꝰ.tis.humādo qꝛ mortalis erat.⁊ meminere deo offerre bracteas chryſeas.i.laminas aureas:quia chryſiō grece:idē eſt qđ aureū latine.regi decēti.i.xp̄o dū colūt.i.venerant̃: vnū deū.⁊ meminere dare terna munera illi trino.i.trinitati. quia vnū ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus.

Gloriā trinę monadi canamus
Cum deo diuæ genitæꝗ̄ proli
Flamini ſancto ab vtroꝗ̄ fuſo
Corde fideli.

¶ Gloriā canamꝰ monadi.i.vnitati.trine cū deo ⁊ ſpū ſancto fuſo ab vtroꝗ̄. vel trine monadi.i.deo qui eſt trinus in perſonis ⁊ vnus in eſſentia.dicitur hec monas huius.dis.⁊ canamꝰ ꝓli diui.i. genite a patre cum deo patre.⁊ non tantum canamus patri: ſed etiam flamini ideſt ſpiritui ſancto:fuſo.i.prodeunti ab vtroꝗ̄.

Carmen eſt quale illud Primo dierū. Canit̃ in feſto epiphaniæ hoc eſt apparitionis dñi: & narrat queadmodū magi ſtella duce venerunt in bethleē preterea miraculū in nuptiis factum. Hymnus Sedulii per ordinē alphabeti cōtinēs tetraſtica ab.h. littera vſꝗ̄ ad.n.ſed intermiſit.k.&.m.litteras.

Hoſtis herodes impie
Chriſtū venire qđ times?
Non arripit mortalia
Qui regna dat cœleſtia.

¶ Materia huius hymni eſt cōclamatio quā facimꝰ cōtra herodē qui audita natiuitate xp̄i amittere regnū timuit. ideoꝗ̄ multos pueros interfecit. Intētio autoris eſt tractare de tribꝰ miraculis die epiphanie factis.ſ de magoꝝ apparitione.de aqua in vinū cōuerſa.⁊ de xp̄i baptiſmate. Et nota ꝙ hymnus iſte cōtinuatur ſuperiori:ita dixi ꝙ xp̄s natus eſt ⁊ pertulit iacere feno. Unde herodes de natiuitate eius iratus occidit multos pueros: timēs ne amitteret regnū:ſed non deberet:qꝛ ille qui rex eſt regū ⁊ dñs dñantiū nō venit:vt ei regnū afferret ſed vt totum mūdum in tanto crimine inuolutū a peccatis liberaret. O impie herodes hoſtis quid ideſt cur times venire chriſtum:ipſe non arripit mortalia qui regna dat celeſtia.

Ibant magi quam viderant
Stellam ſequentes præuiam
Lumen requirunt lumine
Deum fatentur munere.

¶ Magi ibāt queſitum chriſtum ⁊ adorare eum ſequentes ſtellam preuiam: ideſt precedentem:quam viderant ⁊ requirūt:lumen ideſt chriſtum lumine id eſt ſtella.⁊ fatentur deum munere: ſcilicet thure:auro ⁊ myrrha.

UVA. BHSC. IyR_124_2

Lauacra puri gurgitis
Cœleſtis agnus attigit
Peccata quæ non detulit
Nos abluendo ſuſtulit.

¶ Celeſtis agnus ideſt chriſtus attigit ideſt ſuſcepit: lauacra ideſt baptiſmum puri gurgitis. ideſt iordanis. ⁊ ſuſtulit a nobis abluẽdo nos per baptiſmũ pctã que nõ detulit ideſt ſecũ nõ portauit: qꝛ immunis erat ⁊ abſqꝫ peccato.

Nouum genus potentiæ:
Aquæ rubeſcunt hydriæ:
Vinumqꝫ iuſſa fundere
Mutauit vnda originem.

¶ Et ideo dico nouũ. i. inauditũ genus potentie: hydrie rubeſcũt. i. flaueſcunt: ſcꝫ aque intromiſſe. ponit enim cõtinẽs pro contento. ⁊ vnda. i. aqua iuſſa fundere vinum mutauit originem: ideſt naturam precepto dei.

Carmen eſt omni lege carminis ſolutum. Canitur ad horas veſpertinas in feſto diuæ Mariæ. Cuius patrociniũ atqꝫ fauorem multipliciter nobis imploramus.

Ave maris ſtella:
Dei mater alma:
Atqꝫ ſemper virgo:
Fœlix cœli porta.

¶ Materia huius hymni eſt ſalutatio ab angelo facta: ſic dicente. Aue gratia plena dñs tecũ. ꝗ virtute altiſſimi obũbrata fuit: ⁊ ſolo verbo cõcepit. Intẽdit etiã autor ipſam mariã inuocare: vt nomen eue: per quã mors intrauit mutet. ⁊ vt ſoluat vincula peccatoꝝ: ⁊ preſtet nobis vitã eternã a cũctis reatibꝰ abſolutis. Hinc etiã laudare nos hortatur ⁊ glorificare hũc diem ꝓpter hoc ꝙ euaſimus de domo diaboli: ⁊ venimus potius per fidem ⁊ gratiã dei ad ipſam. ⁊ dicitur hoc per ſimile ⁊ facit cõparationẽ. Sicut eñ ſtella preſtat ducatũ nautis vt veniãt ad portũ: ita ducatu virginis Marie veniemus ad portũ. i. ad xpm. O ſtella maris. i. mũdi. aue. i. ſalue: o alma. i. ſancta mater dei atqꝫ aue: ſemper ideſt eternaliter: virgo quia ante partum: ⁊ in partu: et poſt partum. o porta felix celi aue ideſt ſalue.

Sumens illud aue
Gabrielis ore
Funda nos in pace
Mutans nomen euæ.

¶ Et qꝛ tu es: ſumẽs illđ aue. i. ſalutationẽ ꝗ fert ab ore gabrielis funda nos in pace. i. in eterna beatitudine: tu dico mutãs nomẽ eue in aue. i. maledictionẽ eue in vitam eternã. i. in tuã benedictionem.

Solue vincla reis:
Profer lumen cæcis
Mala noſtra pelle:
Bona cuncta poſce.

¶ Et qꝛ tu es virgo: facta es ſtella maris. ⁊ qꝛ tu mutaſti nomen eue. i. maledictionẽ eue deleſti: ⁊ dediſti nobis benedictionẽ: ⁊ confudiſti mortẽ: ⁊ dediſti nobis vitam perpetuã. ideo ſolue vincla. i. ligamenta peccati humani. reis. i. peccatoribus. ⁊ profer ideſt tribue: lumen cecis ideſt infidelibus: ⁊ pelle ideſt abijce a nobis mala noſtra: ⁊ poſce ideſt poſtula a filio tuo cuncta bona.

Jesu

UVA. BHSC. IyR_124_2

Monſtra te eſſe matrem:
Sumat per te preces
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.

¶ Mōſtra te eſſe matrē.i.oſtēde te placando filium tuū: et filius tuus ſumat preces tuas per te filius dico ille qui tulit idest ſuſtinuit eſſe tuus natus pro nobis vt nos ſaluaret.

Virgo ſingularis
Inter omnes mitis
Nos culpis ſolutos
Mites fac & caſtos.

¶ Et qꝛ ſuſtinuit eſſe filius tuus.ideo o virgo ſingularis qꝛ nulla ſimilis eſt tibi qꝛ poſt partū virgo:in partu virgo:⁊ ante partū.mitis inter oēs alias mulieres.⁊ o virgo caſtitatis mater:fac nos ſolutos a culpis:⁊ fac nos mites ideſt manſuetos ⁊ caſtos ſcilicet in corpore ⁊ anima fac nos mundos.

Vitam præſta puram:
Iter para tutum:
Vt videntes ieſum
Semper collectemur.

¶ Et qꝛ mater es caſtitatis ⁊ ſuauitatis: o virgo:pſta.i.dona vitā purā nobis:⁊ para.i.tribue:iter tutū: vt videntes ieſum filiū tuū ſemp collectemur.i.gaudeamꝰ in eo.ſ.in preſenti et laudes pſolvētes.⁊ in futuro eū plenius ⁊ perfectiꝰ cognoſcentes ⁊ gaudeamus ⁊ exultemus cum domino noſtro filio tuo.

Sit laus deo patri:
Summo chriſto decus:
Spirtui ſancto:
Trinus honor vnus. Amen.

¶ Et qꝛ deſcendit dn̄s noſter in vterū virginis.ideo laus ideſt gl'ia ſit deo patri:decus.i.honor ſit ſummo chriſto excelſo ⁊ ſpiritui ſancto ſit honor trinus: propter trinitatem perſonarū:et vnus propter vnitatem eſſentie:vel vnus honor ſit trinus.Antonius.quid ſi legas tribus ideſt patri et filio ⁊ ſpiritui ſancto.Amen.

Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur ad horas nocturnas in diebus feſtis diuę mariæ. Cuius laudibus annumerat quod deum genuit. & in lucem effudit.

QVē terra ponthus ęthera
Colūt/adorāt/prædicant
Trinam regentem machinam
Clauſtrum mariæ baiulat.

¶ Intētio huiꝰ hymni eſt ꝙ autor vult oſtēdere hoc qđ prophete de xp̄o nunciauerūt in genitrice dei maria eſſe cōpletū: oſtēdit ſiľr qualr clauſtrū marie baiulat xp̄m.Et nota ꝙ deꝰ fecit hominem ⁊ poſuit eū in paradiſo terreſtri:⁊ precepit ei ne comederet de ligno vite ideſt de pomo quod erat in medio paradiſi.ſed diabolo ſuadente eue:⁊ eua poſt modum ade ſimiliter ſuadente: ambo comedentes.⁊ ſic diabolo placentes: mortaliter peccauerunt.⁊ poſt peccatum tante corruptionis de paradiſo ſtatim a domino eiecti ſe nudos eſſe cognouerunt. Uidens ergo deus ꝙ aliter non poſſet redimere genus humanum niſi per feminam:in vterum virginis filium ſuum deſtinauit,⁊

UVA. BHSC. IyR_124_2

incarnari voluit:per quem ſumus redempti:⁊ a peccato liberati. Unde gra tes reddere tenemur. Dictū eſt ſuperius ꝙ maria ſtella maris eſt mater dei. et etiam quem celum ⁊ terra capere non poterāt: tamen clauſtrum marie eum baiulat. Conſtrue. clauſtrū ideſt venter beate marie baiulat:illum deū quem regentem trinā machinam mūdi ſcilicet celum terrā: mare. vel ma= machinā ideſt anime cōcupiſcibilitatem: rationabilitatem. ſenſualitatem: quem ſcilicet chriſtū terra.i. boni. pōthus.i. mali. ethera.i. celeſtes. colūt.i. honoꝛant. adoꝛant.i. cōmendant. pꝛedicant.i. nunciant.

Cui luna ſol & omnia
Deſeruiunt per tempora
Perfuſa cœli gratia
Geſtant puelæ viſcera.

¶ Dico ꝙ celū.i. celeſtes. terra.i. terre= ni:⁊ oīa celeſtia ſiue terreſtria laudāt.i. adoꝛāt illum quē celum et terra capere non poterāt:⁊ vere qꝛ viſcera puelle.i. beate Marie perfuſa.i. repleta: gratia celi ideſt roꝛe celeſti. geſtāt chriſtum cui ſcilicet chriſto. luna ideſt variatio lune:ſol in curſu ſuo. ⁊ omnia deſeruiunt ideſt famulantur:per tempoꝛa ideſt tempoꝛaliter.

Beata mater munere
Cuius ſupernus artifex
Mundum pugillo continens
Ventris ſub arca clauſus eſt.

¶ Et quia tulit chriſtum poſſumus di= cere ꝙ eſt beata meater munere.i. do= nis filij ſub arca ideſt circūdatione ⁊ ſe= creto:ventris cuius.ſ. matris. ſupernus artifex.i. celeſtis creatoꝛ clauſus eſt. il= le dico continens mūdum ideſt vniuerſi tatem omnium rerum. pugillo ideſt in diſpoſitione.

Beata cœli nuncio
Fœcunda ſancto ſpiritu
Deſideratus gentibus
Cuius per aluum fuſus eſt.

¶ Et quia ſupernus artifex clauſus eſt ſub pectoꝛe virginis marie:poſſumꝰ di cere ꝙ virgo maria ſit beata nuncio ce= li ideſt angelica ſalutatione. Maria di co. fecunda ideſt fertilis ſpiritu ſancto: per aluum cuius ideſt marie:⁊ fuſus eſt ideſt miſſus:⁊ natus eſt de virgine Maria:deſideratus a iudeis:⁊ gentibus ſcilicet chriſtus.

Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes ma= tutinas diebus feſtis diuę mariæ. Eius laudi attribuit ꝙ deū la= ctauit & per eam recepimus quod per euam amiſimus.

O Glorioſa domina
Excelſa ſupra ſidera
Qui te creauit prouide
Lactaſti ſacro vbere.

¶ Materia huiꝰ hymni eſt ꝙ maria pe perit ſaluatoꝛē.⁊ qꝛ deus cōtulit ei tan= tam gratiā ꝙ peperit ſaluatoꝛem. ⁊ fa= cit autoꝛ apoſtropham ideſt conuerſio nem ſermonis:quia deus cōtulit ei tan tam gratiam ꝙ peperit ſaluatoꝛem cō= uertit ſermonem ſuum ad ipſam oſtendendo eam eſſe glorioſam dicens. O glorioſa domina: excelſa ſupꝛa ſidera ideſt o ſponſa domini Maria excelſa

UVA. BHSC. IyR_124_2

ideſt alta: ſupra ſidera.i.in ſummo celo: vbi non eſt aliqua vis ventorum: tu lactaſti ſacro vbere: illum qui te creauit: prouide.i.ſua ſapientia.

Quod eua triſtis abſtulit
Tu reddis almo germine:
Intrent vt aſtra flebiles
Cœli feneſtra facta es.

¶ Tu reddis.i.reſtituis: almo germine ideſt ſancto filio tuo: illud ſcilicet paradiſum qđ eua triſtis ideſt miſera: abſtulit a nobis.⁊ es facta feneſtra celi.i. xp̄i.vt flebiles.i.flētes peccata ſua: intrent aſtra ideſt celos.

Tu regis alti ianua:
Et porta lucis fulgida:
Vitam datam per virginem
Gentes redemptę plaudite.

¶ Dico ꝙ homines flētes ſua peccata intrēt celos.⁊ vere quia facta eſt ianua ideſt oſtiū.alti regis fulgida ideſt ſplendida.porta lucis.i.xp̄i.⁊ o gētes redēpte ſ.a xp̄o plaudite.i.gaudete: vitā eſſe datam per virginem.ſ.Mariam.

Carmen eſt quale illud Nocte ſurgentes. Canitur in feſto hypopantes hoc eſt præſentationis ſiue purificationis diuæ Mariæ. Cuius auxilium [illegible] fauorem implorat.

Qđ chorꝰ vatū venerādꝰ olī
Spiritu ſcō̄ cecinit repletꝰ
In dei factum genitrice conſtat
Eſſe maria.

¶ In hoc hymno agit autor de natiuitate xp̄i: ⁊ q̄liter dꝫ eē cōpletū in maria qđ ꝓphete nūciauerūt ꝙ cōcepit ⁊ peperit filiū: ⁊ ſymeō gauiſus ſuſcepit eū in tēplo. Dicimus ergo ꝓphete ſenſerūt de aduētu ⁊ de natiuitate xp̄i. Eſaias enī dicit. In medio duū aīaliū cognoſceris.i.inter bouē ⁊ aſinum: ⁊ alibi. Egrediet̄ virga de radice ieſſe. Et abacuc ſentiēs de xp̄o ſimil'r ait. In mediū duum aīaliū ⁊c. Multi ꝓphete annūciauerūt ⁊ ꝓphetauerūt de xp̄o. hoc totū cōpletū eſt in Maria. qꝛ natus: baptizatꝰ: crucifixꝰ: ⁊ in tēplo p̄ſentatꝰ: ⁊ a iuſto ſymeone: ⁊ ab anna vidua ſuſceptꝰ. vn̄ a pſonis illis q̄ dn̄o obuiauerūt: dictū eſt feſtū illđ in q̊ hymnuſ iſte cātat̄. hypopāte dn̄i.i.obuiatio. Cōſtrue. Qđ chorꝰ vatū.i.exercitꝰ ꝓphetaꝝ.ſ.dđ.⁊ alioꝝ chorꝰ dico venerādꝰ cecinit.i.ꝓphetauit. olī repletꝰ.i. adipletꝰ ſpū ſctō. cōſtat.i.manifeſtū ē: eē factū.i.cōpletū ī maria gēitrice dī.

Hęc deū cœli dominūq; terræ
Virgo quē geſſit pepitq; virgo
Atq; poſt ptū meruit manere
Inuiolata.

¶ Et vere conſtat eſſe factū qꝛ.ſ.beata virgo geſſit dn̄m.i.xp̄m deū celi et terre et virgo.i.maria peperit illū quē geſſit vel concepit.i. portauit. atq; pro ⁊.meruit inuiolata manere ideſt manſit incorrupta poſt partum.

Quē ſenex iuſtꝰ ſymeō ī vlnis
In domo ſumpſit dn̄i gauiſus:
Hoc qđ optauit ꝓprio videre
Lumine chriſtum.

¶ Quē.ſ.xp̄m ſymeon iuſtus ⁊ ſenex.i. ſymeon annoſus ſacerdos ſumpſit.i. ſuſcepit in vlnis.i.in brachijs ſuis. in domo.i.in tēplo: dn̄i gauiſus.i.letus videre ſuo proprio lumine. qđ optauit.ſ.

UVA. BHSC. IyR_124_2

xp̄m qđ optauit ꝑ multa tp̄a: vel ſi textus habeat: ob hoc optatū ꝓprio videre lumine xp̄m. Cōſtrue ſic. ob hoc ergo qđ videret ꝓprio lumine. ſ. oculis carnalibus: xp̄m optatū quem diu anteq̄ƺ moreretur videre deſiderauit.

Tu libēs votis petimꝰ p̄cantū:
Regis ęterni genitrix faueto.
Clara quę celſi renitēs olympi
Regna petiſti.

¶ O tu genitrix. i. mater eterni regis. ſ. xp̄i q̇ caret p̄ncipio ꝛ fine: petimꝰ te faueto. i. cōcede votis. i. precibꝰ: p̄cantū. i. famuloꝝ: libēs. i. libēter: q̄ƺ ꝓ ꝛ: tu renitēs. i. ſplēdēs: petiſti. i. accepiſti vel acceſſiſti: clara regna olympi celſi. i. alti celi. vel ſic ꝛ clara ꝛ retinens petiſti. i. accepiſti: regna celi olympi.

Sit deo noſtro decꝰ & poteſtas:
Sit & laꝰ ppes: ſit honor pēnis:
Qui poli ſūma reſidet in arce:
Trinus & vnus.

¶ Decus ꝛ poteſtas ſit deo noſtro: perpes ſalus vel laus. ideſt perpetua gl'ia ſit illi: ꝛ perēnis honor ſit illi. ideſt deo noſtro: qui reſidet ī ſumma arce poli. i. in altitudine celi: trinus in perſonis ꝛ vnus in ſubſtantia.

Carmē eſt aſclepia deum: conſtans ſpondeo duobus coriambis & pyrrhichio: ſed deficit vna ſyllaba: quia cathalecticō eſt. Canitur in tranſitu beatæ mariæ.

O Quāglſiſica luce coruſcās
Stirpis dauiticę regia ꝓles
Sublimis reſidēs virgo maria
Supra cœligenas ętheris oēs.

¶ Materia huiꝰ hymni eſt duplex cōmendatio ipſius marie tā a genere q̄ƺ a meritis. Commendatio a genere eſt: qꝛ ipſa eſt de regia ſtirpe. ſ. dauid. Cōmendatio a meritis eſt: qꝛ ipſa peperit chriſtū ſaluatorē nr̄m. Canit̄ hymnus iſte in trāſitu btē marie qualiter trāſiuit de hoc mūdo ad patrē. vel ſi mauis dicere qualiter in aſſumptione ſpūs eā aſſumpſit. Utrū aſſumpta fuerit cū corpe: an ſine corpe dubitat̄. Sꝫ melius eſt vt eā credamꝰ aſſumptā cū corpe. O regia ꝓles ſtirpis dauitice. o maria que es ramus ipſiꝰ dauid. Ipſe enī fuit quercus a qua rami ꝓcedūt: ꝛ tu es ramꝰ ꝛ ſtirps ꝛ ꝓles q̄ ponunt̄ ꝓ eodē: ſed nō idē ſignificāt. eſt enī ꝓles qđ aliūde hꝫ initiū. Stirps idē eſt qđ trūcus. a quo ramꝰ vel vt a p̄re filius ꝓcedit. O q̄ƺ. i. q̄ƺtum gl'ifica luce. i. glorioſa: coruſcās. i. ſplēdida parēs: o virgo maria tu dico ſublimis. i. in ſublimi. ſ. in celo tu es reſidēs. i. ſedēs ſupra omnes etheris celigenas. i. ſuper omnes angelos genitos in celo: qꝛ in celo fuerunt creati angeli a deo.

Tu cū virgineo mater honore:
Angelorū dn̄o pectoris aulā
Sacris viſceribus caſta paraſti:
Natus hinc deus corpore xp̄s.

¶ O maria mater cū virgineo honore. hoc eſt exiſtens mater ꝛ virgo: tu virgo inquā caſta paraſti aulam pectoris tui domino. ꝛ quia paraſti viſcera tam mūdata: ideo hinc. i. ex illis viſceribꝰ natur eſt chriſtus deus. i. dignatus eſt naſci corpore. i. quantum ad corpus. quia humanitatem ſumpſit in te.

UVA. BHSC. IyR_124_2

Quē cūctꝰ venerās orbis adorat:
Cui nunc rite genu flectit̄ omne.
A quo nos petimus te veniente
Abiectis tenebris gaudia lucis.

¶ Quē cunctus venerās orbis adorat.i.quē oēs hoīes venerant̄ ⁊ adorant: cui.i.ad honorē cuius omne genu flectit̄.i.oēs flectūt genua: a quo ſ.xp̄o: nos petimꝰ te veniēte.i.intercedente gaudia lucis eterne: abiectis tenebris.i.peccatis remotis a nobis.

Hoc largire pater luminis oīs
Natum per ꝓpriū flamine ſacro.
Qui tecū nitida viuit in ęthera
Regnās ac moderās ſcl'a cūcta.amē.

¶ Supius fecit author apoſtrophā ad beatā mariā: ſed i hoc loco ad patrem vt ipſe digneť nobis dare que predicta ſunt dicēs. O pater luminis omnis.i.origo ⁊ factor totius claritatis.largire nobis hoc.ſ.gaudia largire inq̄ per ꝓprium natū.i.amore filij tui ⁊ ſacro flamine.i.amore ſpūſſancti qui xp̄s viuit tecū in nitida.i.mūda: ethera.i.in celo regnans ac moderans ſecula cuncta.i.omnes gentes exiſtentes in hoc ſeculo.

Carmen eſt omni lege carminis ſolutum. Canitur in feſto beatæ virginis Agathæ.

Martyris ecce dies agathę
Virginis emicat eximię.
Qua chriſtus eam ſibi ſociat:
Et diadema duplex decorat.

¶ Prudētius qui hūc hymnū i honorem btē Agathe cōpoſuit laudat deū q̄ tātā cōſtātiā cōtulit ſancte Agathe virgini. Ecce.i.videte dies Agathe martyris: eximie.i.magne ꝟginis: emicat.i.valde ſplēdet: q̄.ſ.die xp̄s ſociat.i.cōiungit eā ſibi vel accedere faciat ad ſe: ⁊ duplex diadema.i.duplex corona.ſ.martyrij ⁊ caſtitatis: decorat.i.honorat eā.

Stirpe decens: elegans ſpecie:
Sed magis actibus atq̄ fide.
Terrea proſpera nil reputans:
Iuſſa dei ſibi corde ligans.

¶ Decēs.i.nobilis ſtirpe fuit ⁊ ꝓgenie elegās ſpecie.i.decus conueniēs ⁊ pulchra facie: ſed magis pulchra actibus atq̄ fide.i.operibꝰ fidei: illa dico reputās nil pro nihilo ducens: terrea.i.terrena: proſpera.i.terrenoꝝ proſperitatē: ⁊ ligans.i.retinens: ſibi corde.i.in mente iuſſa.i.precepta dei.

Fortior hæc trucibuſq̄ viris
Expoſuit ſua membra flagris.
Pectore q̄ fuit valido
Torta mamilla docet patulo.

¶ Hec. ſcilicet Agatha fortior viris trucibus.ideſt crudelibus: expoſuit ſua membra. ideſt dedit flagris. ideſt verberibus ⁊ flagellis: mamilla torta a carnificibus: docet. ideſt manifeſtat patulo. ideſt aperte. q̄ ideſt quantum ipſa Agatha fuit valido pectore. ideſt forti mente ⁊ corpore.

Delitiæ cui carcer erat:
Paſtor ouē petrus hāc recreat.
Inde gauiſa magiſq̄ flagrans
Cuncta flagella cucurrit ouās.

¶ Cui Agathe carcer erat delitie.i.pro delitijs vel loco delitiaꝝ.paſtor petrus recreat.i.cōſolatur: hanc ouem.i. Aga-

UVA. BHSC. IyR_124_2

tham ⁊ inde gauiſa.i.leta.⁊ magis flagrãs.i.amore dei. cucurrit.i. ſuſtinuit cuncta flagella:ouans.i.gaudens.

Ethnica turba rogum fugiẽs:
Huius & ipſa meretur opem.
Quos fidei titulus decorat:
His venerem magis premat.

¶ Ethnica turba.i.gẽtilis vel pagana que iuxta ethnam habitauit: fugiẽs rogũ.i.cõbuſtionẽ ipſa turba meret opem ipſi⁹ agathe.i.meruit auxiliũ:ergo de⁹ premat magis ⁊ reſtringat venerẽ.i.luxuriam: his.i.oĩbus:quos titulus.i.honor vel ſignũ fidei decorat.i.honorat. Et nota ꝙ quõdam tempore ethna cepit comburere totam ciuitatẽ cathenenſium.⁊ ideo pagani venerunt ad ſepulchrum ſancte agathe:⁊ acceperunt velum ⁊ proiecerunt in ignem:⁊ ſtatim ignis extinctus eſt.

Iam veniens quaſi ſpõſa polo
Pro miſeris ſupplica domino.
Sic ſua feſta coli faciat:
Se celebrantibus vt faueat.

¶ Tu ſtella renidẽs.i. ſplẽdẽs polo.i. in celo. quaſi ſpõſa xpi ſupplica dño ꝓ miſeris.i.pro nobis pctõribus.vt faciat colli.i.celebrari ſua feſta ſic vt faueat.i. det auxilium celebrantibus ſe.

Gloria cum patre ſit genito:
Spiritui proinde ſacro.
Qui deus vnus eſt oĩpotens:
Hãc memorꝝ faciat mẽorẽ,am̃.

¶ Gloria ⁊ laus ſit genito.i.filio:⁊ cũ pr̃e ⁊ ſpũ ſacro.i.ſctõ. ꝓinde q̃ de⁹ vnus eſt oĩpotens faciat hanc.ſ.agathã:memorem memorũ ſuoꝝ:nr̃oꝝ qui ei⁹ feſtũ ⁊ memoriã celebramus meminerit ⁊ nos adiuuet ſuis precibus.Amen.

Carmen eſt quale illud Nocte ſurgentes;ſed cacometrum. Canitur in feſto ſancti Benedicti abbatis.

CHriſte ſctõꝝ dec⁹ atꝗ virt⁹
Vita & forma via lux & ſal⁹
Supplicũ vota paritérꝗ hymnũ
Suſcipe clemens.

¶ In hoc hymno agit autor de vita ⁊ habitu ſcti Bñdicti et de miraculis eius.ſ.de capiſterio fracto ĩ pueritia ſua ſanato.⁊ de puero a lacte tracto. Intẽdit rogare deũ qui eſt vita ⁊ lux oim fideliũ vt nr̃a vota ſuſcipiat:⁊ nr̃a pctã expellat ⁊ fauorẽ ſuũ tribuat.et gratiã ſuã cõcedat meritis ſcti bñdicti.O xpe:tu decus.i.honor atꝗ virtus ſanctoꝝ:qr ꝑ te virtuoſi ſunt.⁊ vita:qr ꝑ te viuunt.⁊ forma: qr te imitari debẽt.vnde dixiſti.Ego ſum via ⁊ ṽitas ⁊ vita.via:qr ꝑ te eũt ad patrẽ.⁊ lux:qr per te illuminant.⁊ ſalus:qr ꝑ te ſalui facti ſunt.⁊ tu qui talis es o clemẽs.i. o miſericors:ſuſcipe vota ſuplicũ.i.ſuplecantium:ꝗ ꝓ ⁊:pariter hymnum.

Qui tuũ dudũ bñdictũ ad te
Attrahẽs mire ſegregaſti mũdo.
Vt ꝓbra mũdi reprobare diſcẽs
Te ſequeretur.

¶ Qui attrahẽs dudũ.i.olim tuũ bñdictũ ad te ⁊ virtuoſa opa ſegregaſti: mire.i.mirabiliter:mũdo.i.a mũdo.⁊ quare vt diſcẽs reprobare. ꝯtrahere vel ſpnere: ꝓbra mũdi.i.pctã mũdi et iniquitates:⁊ ſequeret te. qr tu dixiſti. Qui ſequit me nõ ãbulat in tenebris:ſed habebit lumẽ vite ⁊ mie dicit dñs.

UVA. BHSC. IyR_124_2

Cuius deuotũ animum pueri:
Gratia præſtans fidei valere:
Qua valẽs mira p̃cibus pegit:
Mente fideli.

¶Deuotũ animũ.i.religioſum: cuius pueri.i.benedicti gr̃a fidei: de qua plenus erat ſctũs benedictus p̄ſtans valere.ſcʒ poſſe: qua gratia fidei valẽs bn̄dictus peregit mira.i.miracula q̃ in dialogorum libro poſſunt inueniri. pro precibus ⁊ mente fideli.i.firma fide.

Dehinc extẽdẽs pedẽ ĩ remotꝭ:
Ardua ſcãdẽs cruciari malens:
Corporis artꝰ iuuenilis ardẽs:
Caſto amore.

¶Dehinc.i.deinde.extendens pedẽ in remotis locis.i.eremo: malẽs.i.magis volens cruciari ꝙ fouere.artus iuuenilis corporis.⁊ quare: quia erat ardens caſto amore dei: ſcandens ideſt aſcendens: ardua ideſt excelſa.

Gloriam patri reſonemus oẽs:
Et tibi cõpar vtriuſqꝫ ſemper
Spũs alme deus vnus omni
Tempore ſecli.

¶Oẽs reſonemꝰ.i.pſoluamꝰ gloriã.i.laudẽ pr̃i: ⁊ o alme.i.ſctẽ ſpũs: cõpar.i.equalis: vtriuſqꝫ.ſ.patris ⁊ filij.tu dico vnus deus omni tp̄e ſecli reſonemus.i.perſoluamus gloriã: ſemper.i.in omni tempore: tibi.i.ad honorem tui.

Imbuit poſthĩc hoĩes beatos:
Regulis arctis animos retundi.
Et iugo ſemp̄ domini polorũ
Subdere colla.

¶Conſtrue.ĩbuit.i.docuit vel ĩpleuit: poſt hĩc.i.deinde hoĩes btõs.i.bonos vel benedictos: regulis arctis.i.ſtrictis: retũdi.i.refrenari aĩos ſuperbos: ⁊ docuit ſubdere colla.i.mẽtem ſemp̄ iugo dñi polorum.i.preceptis domini.

Ex qbꝰ maurꝰ ſedulꝰ miniſter:
Obſequẽs patri latice leuatũ:
Gurgite fontis puerũ retractũ:
Equore traxit.

¶Ex quibꝰ ſctis: ſctũs maurus fuit ſedulus.i.aſſiduus: miniſter.ſ.ſancti benedicti.obſequẽs.i.obediens: patri.i.benedicto.traxit puerũ.ſ.merſum puerũ dico retractũ gurgite fontis latice.i.ex aqua equoris: leuatum ideſt exiſtentem ſuper planiciem aque.

Huius o xp̄e meritis p̃camur:
Vt arceas irã: tribuas fauorem.
Gratiã p̄ſtans veniãqꝫ nobis:
Mitis ad omnes.

¶O xp̄e p̃camur veniã meritis eiꝰ ſcti benedicti: vt arceas.i.repellas a nobis irã ⁊ tribuas fauorẽ.i.auxiliũ: p̄ſtãs gratiã virtutũ ⁊ veniã pctoꝝ nobis: tu dico mitis.i.ſuauis reſpiciendo ad omnes.

Prebe oramꝰ deꝰ alme rector.
Vt fides noſtra vitiis reſiſtat.
Atqꝫ virtutũ ſtudiis miniſtra:
Pectore puro.

¶O alme deꝰ.i.ſancte rector.i.gubernator: oramus ideſt deprecamur: prebe nobis vt fides nr̃a reſiſtat vitijs: atqꝫ miniſtra ſtudijs virtutum pectore puro.Gloriã patri ⁊c.

Carmẽ eſt dimetrũ iambicũ cacometrũ. Canit̃ in quadrageſimali ieiunio.quod eſt tp̄s ad penitẽtiã peccatorũ aptiſſimm.

UVA. BHSC. LyR_124_2

IAm chriſte ſol iuſticiæ
Noctis recedāt tenebræ:
Nunc mentis eat cæcitas
Virtutum & lux redeat.

¶ In hoc hymno rogat autoꝛ deū: vt in hoc tēpoꝛe tribuat nobis coꝛ penitēs: ⁊ quos lōganimitate pietas expectauit: ſua benignitate ad ſe conuertat. O xp̄e ſol iuſticie .i. ſplēdoꝛ pietatis tenebꝛe noctis .i. peccata nr̄e mētis .ſ. cecitas: eat .i. recedat: nunc .i. in hoc tp̄e ⁊ lux virtutum redeat .i. virtutes bonoꝝ operū in nobis redeant .i. reuertantur.

Da tempus acceptabile
Et pœnitens cor tribue:
Nos noxios tranſeat hoc
Quod benigne prærogas.

¶ Da tēpus acceptabile cōgruū ad penitētiā: qđ ante paſſionē .ſ. in veteri teſtamēto nō erat: qꝛ ocul⁹ ꝓ oculo: ⁊ dēs ꝓ dēte dabať: modo aūt nō ſic. ⁊ tribue nobis coꝛ penitēs: vt nō trāſeat .i. nō reddat nos noxios hoc .i. ꝓpter hoc. qđ pꝛerogas .i. interpellas deum patrē pꝛo nobis: benigne .i. miſericoꝛditer.

Quiddamqꝫ pœnitentiæ
Da ferre licet grandium
Maiori tuo munere
Quod demptio fit criminum.

¶ O xp̄e da q̄ddā .i. paululū penitentie ferre .i. agere nobis qđ .i. ꝓpter quā penitentiā dēptio .i. ablutio criminū fit. ⁊ hoc tuo munere maioꝛi criminibus: qꝛ delet crimina. licet pꝛo quāuis. grādiū. ideſt magnoꝛum peccatoꝛum.

Dies venit dies tua
In qua reflorent omnia.
Lætemur in hac vt tuam
Per hanc reducti gratiam.

¶ Uere debes dare penitētiā quia tua dies iudicij vel paſchalis feſtiuitas venit. qꝛ nos ſum⁹ in quo fines ſeculoꝝ deuenerūt: dies .ſ. paſchalis venit .i. accedit dies dico illa ī qua .ſ. die oīa .ſ. mentes hoīm: refloꝛēt .i. micāt virtutib⁹. ideo letemur in hac die. vt pꝛo ſicut reducti ſumus .i. redēpti: ꝑ hāc tuā gratiā .i. gratis. ⁊ redemiſti nos ⁊ ſaluaſti.

Te rerum vniuerſitas
Clæmens adoret trinitas
Et nos noui per veniam
Nouum canamus canticum.

¶ Et ideo o clemēs trinitas in ꝑſonis et vnitas in eſſentia vniuerſitas rerū .i. vniuerſa res adoꝛet te: ⁊ nos facti noui per veniā .i. per tuam gratiā: canamus canticum nouum ideſt iubileum: quod mente nec oꝛe poteſt expꝛimi.

Pręſta beata trinitas
Concede ſimplex vnitas
Vt fructuoſa ſint tuis
Ieiuniorum munera. Amen.

¶ O beata trinitas pꝛeſta .i. dona .ſ. trinus de⁹ in perſonis. ⁊ o ſimplex vnitas ſcilicet ſubſtantia concede ideſt iube vt munera ieiunioꝛum noſtroꝛum ſint fructuoſa ideſt fructus bonoꝛum ferentia: tuis fidelibus ieiunantibus ideſt vt ieiunia noſtra ſint acceptabilia ⁊ tibi placentia.

Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur a principio quadrageſimalis ieiunij.

UVA. BHSC. IyR_124_2

AVdi benigne conditor
Noſtras preces cū fletib⁹
In hoc ſacro ieiunio
Fuſas quadragenario.

¶ Materia huius hymni eſt cōmendatio ieiunij: ⁊ hortat̄ nos ieiunare et deo ſeruire: ⁊ in hoc tēpore ieiunij in orationibus pluſqꝫ in alijs dieb⁹ inſiſtere: vt in die iudicij habeamus vitam eternā.

O benigne conditor.i.creator omnium rerum: audi preces noſtras cum fletibus preces dico fuſas in hoc ſacro ieiunio quadragenario ideſt in numero quadraginta dierum. in quibus digne ieiunare debemus.

Scrutator alme cordium
Infirma tu ſcis virium
Ad te reuerſis exhibe
Remiſſionis gratiam.

¶ Et qꝛ fundimus preces o alme ſcrutator.i.inquiſitor omniū cordiū noſtrorum: bene dico ſcrutator: qꝛ tu ſcis.i.cognoſcis infirma virium: exhibe.i.oſtende vel da gratiam remiſſionis tue: reuerſis ad te.i.penitentibus.

Multum quidem peccauimus
Sed parce confitentibus
Ad laudem tui nominis
Confer medelam languidis.

¶ Bene dixi reuerſis: qꝛ peccauimus multū quidē.i.certe: ſed parce.i.condona cōfitētibus peccata: ⁊ cōfer.i.tribue medelam languidis.i.medicinā peccatoribus: ad laudē tui nominis.i.ad hoc vt nomen tuum laudetur.

Sic corpus extra conteri
Dona per abſtinentiam
Ieiunet vt mens ſobria
A labe prorſus criminum.

¶ Et cōferendo medicinam dona conteri.i.minui per abſtinētiam comeſtionis: corpus noſtrū extra: ſic vt mens ſobria.i. abſtinens vel modeſtia: ieiunet prorſus.i.omnino: a labe ideſt a putredine: criminum.i.peccatorum.

ECce tempus idoneum
Medicina peccaminum
Quibus deum offendimus
Corde verbis operibus.

¶ In hoc hymno hortatur nos autor vt ab omni peccato abſtineamus: ⁊ rogemus deū cum lachrymis ⁊ precibus: vt ipſe remittat peccata noſtra nobis: et nos mūdet ab omni vitio.i.peccato: quibus ſcilicet peccatis: offendimus deum cōtra nos: corde ideſt vana cogitatione: verbis.i.iniquis ſermonibus et turpiloquijs: operibus ideſt prauis ⁊ illicitis actibus.

Qui pius & propicius
Nobis pepercit hactenus
Ne nos cum noſtris perderet
Tantis iniquitatibus.

¶ Dico ꝙ verbo et opere deum offendimus: qui ſcilicet deus exiſtens pius et propicius ideſt miſericors: pepercit nobis hactenus ideſt huc uſqꝫ: ne ſecūdum mala noſtra nos pariter cum noſtris iniquitatibus perderet: ſed ita pepercit: vt mediante paterno auxilio ad ipſum veniamus: ⁊ ammodo in bonis operibus perſeueremus.

UVA. BHSC. IyR_124_2

Hunc igitur ieiuniis
Cum precibus & lachrymis
Multiſq; bonis aliis
Placemus deuotiſſime.

¶ Et quia pepercit nobis miſericorditer. placemus ideſt placatum nobis faciamus hunc ſcilicet deum et quomodo? cum ieiunijs ideſt cum abſtinētia cibi et potus: et cum precibus ideſt orationibus aſſiduis: quia ipſe ait. Petite ⁊ accipietis. ⁊ alibi. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis credite et fiet vobis: et cum lachrimis compunctionis: et cum multis bonis alijs placemus ei deuotiſſime ideſt cum magna deuotione.

Vt nos a cunctis ſordibus
Purgans ornet virtutibus
Angelicis & cœtibus
Nos iungat in cœleſtibus.

¶ Dixit q̄ placemus eum deuotiſſime: vt ipſe purgās nos a cunctis ſordibus ideſt peccatis ornet nos virtutibus: et faciat nos perſeuerare in eis: et iungat nos in celeſtibus ideſt in regno celorum: angelicis cetibus ideſt ſocietatibus angelorum.

Sit benedictus genitor
Eiuſq; vnigenitus
Cum ſpiritu paracleto
In ſempiterna ſæcula. Amen.

¶ Genitor ideſt deus pater ſit benedictus. q; pro ⁊: eius vnigenitus ideſt Chriſtus qui eſt filius vnicus eius ſit benedictus cum ſpiritu paracleto ideſt conſolatore in ſempiterna ſecula. Amen.

CLarum decus ieiunii
Monſtratur orbi cœlitus
Quod chriſtus autor omniū
Cibis ditauit abſtinens.

¶ In hoc hymno hortatur nos et admonet autor: ieiunium humilitatem autoritatēq; habere a chriſto et efficaciam: et vt antiqui patres Moyſes et Helias conſecuti ſunt vitam eternam: ita cōſequamur. Conſtrue: clarum decus ieiunij ideſt commendabile ieiunium: monſtratur ideſt datur: celitus orbi ideſt mundo: quod ieiunium chriſtus autor omnium rerum: abſtinens a cibis ditauit ideſt ſanctificauit: vel autor ideſt factor omnium rerum: ditauit ieiunium

Hoc moyſes charus deo
Legiſq; lator factus eſt.
Hoc heliam per aera
Curru leuauit igneo.

¶ Hoc ideſt ex hoc ieiunio moyſes cui data eſt lex in tabulis lapideis: factus eſt charus lator ideſt dator legis vel legiſlator: hoc Heliam leuauit in curru igneo per aera ideſt per aerem ad celum: quia Helias tranſgreſſus iordanem cum ſocio ſuo Heliſeo: dimiſſo pallio raptus eſt curru igneo in celū: poſtea Heliſeus reuerſus: percuſſit iordanem cum pallio: ⁊ aqua receſſit: et tranſiuit ſicco veſtigio.



UVA. BHSC. IyR_124_2

Hoc daniel myſteria
Victor leonum viderat.
Per hoc amicus intimus
Sponſi ioannes claruit.

¶ Hoc.i. ex hoc ieiunio. Daniel viderat myſteria: ⁊ hoc cognouerat per ſpiritum ſanctum: victor ideſt ſuperator: leonum. et per hoc ſanctum ieiunium Joannes amicus intimus ſponſi ideſt chriſti fideliſſimus. claruit ideſt clarus factus eſt.

Hæc nos ſequi dona deus
Exempla parſimoniæ.
Tu robur auge mentium
Dans ſpiritale gaudium.

¶ Et q2 iſti facti ſunt ſancti vel beati. O deus: dona nobis vt nos poſſimus hec ſequi per exẽpla eorum parſimonie .i. abſtinentie cibi et potus. ⁊ tu auge robur ideſt fortitudinem mentium dans ſpiritale gaudium.

Præſta pater per filium
Præſta per almum ſpiritum
Cum his per euum triplici
Vnus deus cognomine.

¶ O pater preſta nobis hec: ſcꝫ que ſupra orauimus. per filiũ ideſt amore filij: et per almum ideſt ſpiritum ſanctũ. tu dico exiſtens vnus deus: per euum .i. in eternum cum his ſcꝫ filio ⁊ ſpiritu paracleto triplici cognomine.

Carmẽ eſt quale illud primo dierũ. Canitur a principio quadrageſimalis ieiunii. commemorata ieiunii ratione multipliciter dei miſericordiam atqꝫ peccatorum veniam implorat.

Ex more docti myſtico
Seruemus hoc ieiunium
Deno dierum circulo
Ductum quater notiſſimo.

¶ Materia huius hymni eſt cõmendatio ieiunij: et hortat nos ieiunare ⁊ deo ſeruire hoc tempore ieiunij in orationibus ⁊ bonis operibus pluſqꝫ alijs diebus: vt inde habeamus vitam eternã. O fratres ſeruemus hoc ieiunium: in quo modo ſumus ſcilicet caſte ⁊ honeſte: nos docti ideſt inſtructi. ex more ideſt ex conſuetudine. myſtico ideſt figurato: ieiunium dico: ductum notiſſimo circulo ideſt reuolutione: quater deno dierum ideſt per quadraginta dies: vel ducto ſcilicet circulo.

Lex & prophetæ primitus
Hoc prętulerunt: poſtmodum
Chriſtus ſacrauit omnium
Rex atqꝫ factor temporum.

¶ Lex data per moyſen: ⁊ ꝓpheta ſcilicet Helias ⁊ alij pretulerunt hoc ieiunium: ⁊ chriſtus ſacrauit illud poſtmodum ideſt poſtea: quia per quadraginta dies donans nobis exẽplum: vt tempore ieiunij valeamus redimere totius anni deperdita tempora per opera noſtra praua: ieiunando per quadraginta dies ⁊ a malis abſtinendo. Et bene debemus ieiunare. quia prophete ieiunauerunt. ⁊ chriſtus rex ⁊ factor omnium conſecrauit illud ieiunium.

UVA. BHSC. IyR_124_2

Vtamur ergo parcius
Verbis: cibis: & potibus:
Somno: iocis: & arctius
Perſtemus in cuſtodia.

¶Et quia prophete ⁊ poſtea xp̄s conſecrauit hoc ieiunium: vtamur ergo parcius.i.temperantius q̄ꝫ in alijs diebus: verbis malis: ⁊ cibis. ⁊ potibus.i.a ſuperfluitate comeſtionis ⁊ ebrietate abſtineamus: quia mediāte crapula in peccatis labimur: ⁊ venter mero eſtuās de facili ſpumeſcit in libidinem. ⁊ nō ſolum in iſtis vtamur parcius: ſed etiā iocis illicitis: ⁊ ſomno ideſt dormitione: ⁊ arctius ideſt ſtrictius perſtemus ideſt perſeueremus: in cuſtodia anime noſtre.

Vitemus autem peſſima:
Quæ ſubruunt mētes vagas:
Nullumqꝫ demus callido
Hoſti locum tyrannidis.

¶Dico q̄ relictis vitijs perſtemus in cuſtodia virtutum ⁊ vitemus ideſt abijciamus a nobis peſſima ideſt peccata vel praua opera que ſubruūt mētes vagas.i.aggrauant. qꝫ pro ⁊. non demus vllum locum ideſt vllam cauſam nocendi tyrannidis.i.peccati vel crudelitatis callido hoſti ideſt diabolo.

DIcamus omnes cernui:
Clamemus atqꝫ ſinguli:
Ploremus ante iudicem:
Flectamus iram vindicem.

¶In hoc hymno hortat̄ nos autor vt rogemus deū precibus ⁊ lachrymis: vt ipſe auertat a nobis ſuā irā et remittat nobis delicta nr̄a. Nos oēs cernui.i.inclinati ⁊ humiles dicamus.i.confiteamur.ſ.pctā nr̄a: ⁊ ſinguli.i.quilibet noſtrū clamemus.i.vociferemur pro venia. ⁊ plorem⁹.i.defleamus.ſ.pctā nr̄a: ante iudicē.i.xp̄m qui eſt futurus iudex iudicare viuos ⁊ mortuos et ſeculū per ignē. ⁊ quare dico q̄ clamemus.ſ.vt flectamus irā vindicē.i.iracūdiam vindicantem: ⁊ vindictam accipientem de commiſſis peccatis.

Noſtris malis offendimus
Tuam deus clementiam:
Effunde nobis deſuper
Remiſſor indulgenciam.

¶O de⁹ nos offendim⁹.i.irritauimus: tuā clemētiam.i.tuā benignitatem: noſtris malis.i.carnalibus operib⁹: et q̄ tu pius ⁊ miſericors es: ⁊ dixiſti. Nolo mortem peccatoꝝ: ſed vitā: ⁊ vt conuertantur ⁊ viuāt: per cordis compunctionem. O remiſſor ideſt condonator delictorū: effunde ideſt emitte nobis deſuper ideſt de ſuperno ſolio: indulgentiam peccatorum.

Memento q̄ ſumus tui
Licet caduci plaſmatis:
Ne des honorem nominis
Tui precamur alteri.

¶Et mittere debes de celo nobis veniā: quia nos redemiſti ſanguine tuo: et ideo memēto. O domine: quia tui ſumus redempti: licet: pro quāuis: caduci plaſmatis ideſt fragilis nature: quia de limo terre. ⁊ precamur te domine ne tu des ideſt permittas: alteri ideſt inimico humani generis: honorem nominis tui ſcilicet nos: quia nomine tuo chriſtiani vocati ſumus.



UVA. BHSC. IyR_124_2

## Dominica in paſſione.

Laxa malum quod geſſimus
Auge bonum quod poſcimus
Placere quo tandem tibi
Poſſimus hic & perpetim.

¶ Et qꝛ alter nõ debet occupare bonorẽ tui nominis: rogamꝰ te: laxa. i. dimitte nobis: malũ. i. peccatũ qđ geſſimus ideſt qđ male perpetrauimus: ⁊ auge. i. augmẽta: bonum quod poſcimus a te: quo pꝛo vt: poſſimus ideſt valeamus: placere tibi tandem ideſt hic in pꝛeſenti ideſt in conſpectu tuo: ⁊ perpetim ideſt perenniter.

Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur in quadrageſimali ieiunio a dominica in paſſione. Cõmemorata chriſti paſſione crucem maximis laudibus proſequitur.

Vexilla regis prodeunt
Fulget crucis myſterium
Quo carne carnis conditor
Suſpenſus eſt patibulo.

¶ Materia huiꝰ hymni eſt talis: vt dicit beatus ambꝛoſiꝰ. Paſſio dñi venit: et qꝛ venit debemꝰ de paſſione aliquid agere. Et qꝛ debemus de aſſione aliqđ dicere: ergo dicamꝰ. Vexilla regis. Vexilla dñi ſunt iſta. Baptiſmus: de quo ipſe dicit. Niſi qs renatus fuerit ⁊c. Itẽ vexilla ſunt coꝛpus ⁊ ſanguis eius. Unde ipſe dicit. Niſi mãducaueritis carnẽ filij hoĩs ⁊c. Cõſtrue. Vexilla. i. ſigna regis. i. xp̃i: ꝓdeũt. i. apparẽt: myſteriũ. i. ſacrificiũ. ſ. paſſio xp̃i crucis fulget: qꝛ expugnauit diabolũ quo myſterio: cõditoꝛ. i. creatoꝛ carnis: ſuſpẽſus eſt patibulo: ⁊ hoc carne pꝛo humano genere vel in carne ſua pꝛopꝛia.

Confixa clauis viſcera
Tendens manus veſtigia
Redemptionis gratia
Hic immolata eſt hoſtia.

¶ Ego dixi ꝙ xp̃s ſuſpẽſus eſt in patibulo. i. cruce. ⁊ ideo xp̃s ĩmolata eſt hoſtia: vel talis eſt lr̃a. ſ. in ara crucis: gr̃a redẽptiõis. i. ſaluatio humani generis: tẽdens. i. extẽdẽs manus. ſ. ſuas in cruce. ⁊ tẽdẽs veſtigia ſanguinis ipſius. et per hoc notať ꝙ ſanguis fluxerat per totũ coꝛpus ipſius. tendens dico viſcera numerabilia: qꝛ in tm̃ fuit extenſus chꝛiſtus in cruce ꝙ omnia mẽbꝛa ipſius poterant numerari: cõfixa. i. perfoꝛata: clauis. Claui enim ſunt poſiti in manibus ſuis ⁊ pedibꝰ: ⁊ lancea in latere: ⁊ inde exiuit ſanguis ⁊ aqua. Exinde dico manauit ſanguis redemptionis ⁊ aqua baptiſmatis: ex quibus nos chꝛiſtiani regeneramur in fonte et in ſacro baptiſmate.

Quo vulneratus inſuper
Mucrone dirę lanceę.
Vt nos lauaret crimine
Manauit vnda ſanguine.

¶ Ecce myſterium crucis fulget per totum mundum: quia per crucem habemus altare. per coꝛpus chꝛiſti hoſtiam. per ſanguinem vinum. et perſudoꝛem aquam ex quibus ſacrificium facimus ſingulariter. quia ex immolatione crucis ſibi fit altare. ⁊ ideo per crucem habemus altare in quo ſacrificamus. quo ideſt in quo patibulo: vulneratus inſuper ſcilicet ſuper clauos: mucrone ideſt acumine: lancee dire ideſt crudelis: et ad quid. ad hoc ſcilicet vt

UVA. BHSC. IyR_124_2

nos lauaret crimine ideſt a peccato: vnde ideſt aqua: manauit: ideſt perfluxit cum ſanguine.

Impleta ſunt quæ concinit
Dauid fidelis carmine
Dicendo nationibus
Regnauit a ligno deus.

¶ Et eo tempore perpetrata ſunt que ſcripta ſunt de chriſto per prophetas. Unde ipſe ſumens acetũ in cruce cum ſpongia: dixit. Conſumatum eſt. que Dauid concinit ideſt prophetauit fideli carmine in pſalterio: ſunt impleta iſta dicendo nationibus ideſt gentib⁹ diuerſis: deus regnauit a ligno ideſt a paſſione ſurrexit.

Arbor decora/fulgida/
Ornata regis purpura/
Electa digno ſtipite
Tam ſancta membra tangere.

¶ Et quia pepẽdit in cruce poſſumus proferre vocem admirationis. O quãtum fuit ornata: arbor decora ideſt pulchra: fulgida ideſt ſplendida. ornata ideſt decora purpura regis. i. purpureis mẽbris chriſti. arbor dico electa tangere. i. ſuſtinere tam ſancta membra digno ſtipite. i. ſancto trunco.

Beata cuius brachiis
Precium pependit ſęculi
Stathera facta corporis
Prędamq; tulit tartaris.

¶ Uere beata fuit arbor vel crux in qua pependit precium mundi. ſcilicet chriſtus brachijs ideſt cornib⁹: cuius ideſt crucis precium ſeculi intus pependit: arbor dico ſtathera ideſt libra corporis chriſti: tulit predam tartaris. nam deſcendens dominus de cruce ad tartara: nullum de ſuis ibi reliquit. In hoc loco ſermo dirigitur ad crucem.

O crux aue ſpes vnica
Hoc paſſionis tempore
Auge piis iuſticiam
Reiſq; dona veniam.

¶ Et qr es ſtathera facta. O crux aue ideſt ſalue. tu dico vnica ſpes noſtra: auge. i. multiplica iuſticiam pijs ideſt pietatem habentibus: hoc tempore paſſionis: ⁊ dona veniam ideſt remiſſionẽ peccatorum. ſcilicet reis.

Te ſumma deus trinitas
Collaudet omnis ſpiritus
Quos per crucis myſterium
Saluas: rege per ſęcula. Amen.

¶ Et quia nos redemiſti tuo ſanguine: ideo O ſumma trinitas deus oĩpotens omnis ſpiritus collaudet te ⁊ quo ſcilicet homines per myſteriũ crucis ideſt per paſſionem ſaluas ideſt liberas: rege per ſecula cuncta. Amen.

Carmen ſapphicum trochaicũ conſtãs trocheis in locis imparibus: in locis vero paribus trocheo vel ſpõdeo eſt catalecticum. i. vna ſyllaba deficiẽs. Canitur in quadrageſimali ieiunio a dominica in paſſione. Narrat quẽadmodum pro redemptione generis humani chriſtus natus atq; paſſus eſt.



UVA. BHSC. IyR_124_2

Pange lingua glorioſi prælium certaminis:
Et ſup crucis tropheũ dic triũphũ nobilẽ
Qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.

¶ Hymnus iſte ɔtinuat ſuperiori. dixerat enĩ q̃ dñs poſit⁹ fuit in cruce. et latus eius ꝑforatũ ⁊ ſic depcamur eũ: q̃ ſicut mortuus eſt. i. ſicut corp⁹ qd̃ aſſumpſit in virgine: ⁊ in cruce mortificari paſſus eſt ꝓ nr̃a redẽptione: ⁊ ad inferna deſcẽdit: cũ diabolo pugnauit: ⁊ eũ ſupauit. ſic faciat nos vincere cũcta nobis aduerſantia. ſ. diabolũ mũdũ ⁊ cõcupiſcẽtiã eius: ⁊ domeſticũ inimicũ. ſ. carnẽ: de qua dicit. Quãto familiaris magis eſt peſtis: tãto ꝑiculoſior. O lingua pãge. i. manifeſta ꝓliũ certaminis glorioſi. i. victoriã quã xp̃s obtinuit moriẽdo ſm carnẽ: qñ vicit mortẽ morte ſua. Vñ ipe ait. O mors ero mors tua ⁊c̃. ⁊ ſup tropheũ. ſ. de victoria crucis: dic triũphũ nobilẽ de inimicis fugatis: q̃liter redẽptor. i. liberator: orbis. i. toti⁹ mũdi. ĩmolatus in ara crucis: vicerit. i. vicit diabolũ. Et nota q̃ ante paſſionem xp̃i diabolus duas manus. i. duas poteſtates. ſ. in corpore ⁊ in aĩa hoĩs habuit. q2 quoſdam in corpore ⁊ in aĩa. quoſdã tantũ in aĩa poſt mortẽ trahebat ad ſe. Sed modo poſt paſſionem vnam habet. ſ. de duabus poteſtatibus amiſit vnam.

De parentis protoplaſti fraude facta condolens
Quando pomi noxialis morte morſu corruit:
Ipſe lignũ tunc notauit: dãna ligni vt ſolueret.

¶ In hoc loco apoſtrophat ſe autor. ſi aliq̃s forte diceret q̃re fuit ĩmolat⁹ xp̃s: reſpõdeo ſic. q2 cõdoluit de deceptione primi parẽtis. ſ. ade. xp̃s cõdolẽs de facta fraude parentis nr̃i ade ꝓtoplaſti. i. primo formati quãdo corruit primus parẽs morte. i. in mortẽ: ⁊ hoc morſu vetito pomi noxialis. i. nociui: ipſe xp̃s tũc notauit. i. preordinãdo ſignificauit lignum ſue crucis: vt ſolueret. i. recuperaret: dãna ligni ſcilicet que venerant per lignum ideſt pomum vetitum.

Hoc opus noſtræ ſalutis ordo depopoſcerat:
Multiformis proditoris ars vt artem falleret:
Et medelam ferret inde: hoſtis vnde leſerat.

¶ Bene dico q̃ xp̃s tũc notauit lignũ vt ſolueret dãna ligni: q2 nullo alio mõ poteramus recuperari. et hoc aggredit dicere. Ordo ſalutis nr̃e depopoſcerat hoc opus: ſcz vt de⁹ carnẽ ſumeret: ⁊ patibulũ crucis ſubiret ⁊ ꝑ lignũ dãna ligni ſoluerẽtur: vt ars. i. de⁹ q̃ eſt artifex omniũ rerũ: falleret. i. deſtrueret: artẽ multiformis ꝓditoris. i. diaboli. ⁊ xp̃s ferret medelã. i. ſalutẽ omniũ gẽtiũ: inde. i. ex illa re ſcz a ligno. vnde. i. de quo ligno: hoſtis. i. diabolus: leſerat. i. nocuerat.

Quando venit ergo ſacri plenitudo temporis
Miſſus eſt ab arce patris natus orbis conditor:
Atq; ventre virginali caro factus prodiit.

¶ Ergo quãdo ideſt poſtq̃: plenitudo tẽporis. i. quando vltima etas venit ideſt vt de⁹ ſacrificaret filiũ: conditor orbis. i. xp̃s natus: miſſus ab arce patris in mundum atq; factus

UVA. BHSC. IyR_124_2

caro: vel carnalis: prodijt. i. exijt de ventre virginali. Et nota ꝙ ſicut flos ſine macula pulcher ⁊ olens ac ſuauis naſcitur. ita chriſtus ſine ſemine ⁊ ſine crimine de vtero virginis Marie prodijt.

Vagit infans inter arcta poſitus præſepia:
Membra pannis inuoluta virgo mater alligat:
Et manus: pedeſqꝫ crura ſtricta cingit faſcia.

¶ Infans. i. xp̄s poſitus inter arcta. i. anguſta p̄ſepia: vagit. i. plāgit. Et nota ꝙ vagire eſt ꝓprium puerorum: virgo Maria mater ſua alligat membra ſua inuoluta pannis. et faſcia ideſt vittella. cingit pedes manus ⁊ crura ſtricta.

Gloria & honor deo vſqꝫ quo altiſſimo
Vna patri filioqꝫ inclyto paracleto:
Cui laus eſt & poteſtas per æterna ſęcula. Amē.

¶ Glīa et honor deo ſit vſqꝫquo altiſſimo ideſt equaliter: patri et filio inclyto. i. glorioſo ꝑacleto. i. ſpū̄i ſancto ſit laus ⁊ gloria: ſimiliter equalis gloria coeterna maieſtas: ⁊ tribus perſonis ⁊ vni deo: cui laus ⁊ poteſtas per eterna ſecula. Amen.

Carmen eſt ſimile ſuperiori. Canitur tēpore ieiunii dominica in paſſione cōmemorata chriſti paſſione conuertit ſe ad laudes crucis in qua paſſus eſt.

LVſtra ſex q iā peracta tēpus implēs corpis
Se volente natus ad hoc paſſioni deditus
Agnus in cruce leuatur immolandus ſtipite.

¶ Nota qđ luſtrū dicit ſpaciū quinqꝫ annoꝝ. ⁊ dr̄ a luſtrādo: eo ꝙ romani luſtrabāt ꝑ ſpaciū quinqꝫ annoꝝ totā romā. ⁊ nos ſilr̄ per quinqꝫ etates debemus luſtrare totā romā. ſ. ſanctā eccleſiā vincētē inimicos. Hymnus iſte ſic cōtinuaṫ. Chriſtus carnalr̄ erat triginta annoꝝ cū eſſet deditus paſſioni. Luſtra ſex dies ⁊c̄. Et nota ꝙ accuſatiui vel ablatiui caſus poſſunt ibi legi. Ablatiui ſic leguntṫ. Chriſtus q̇ eſt iplēs tp̄s. i. etatē corpis humani ſex luſtris iā peractis. ⁊ textꝰ pōt habere. Luſtris ſex iā peractis. Freq̄ntiꝰ tñ eſt vt accuſatiui ibi legātur ſic. Xp̄s q̇ eſt implēs tp̄s. i. etatē: corpis hūani. ſ. ꝑ ſex luſtra iā ꝑacta natus ſe volēte. i. ſpōte natꝰ: ad hoc vt pateretṫ agnus. i. xp̄s ſine macula deditꝰ paſſioni: leuaṫ in cruce a iudeis imolādꝰ. i. ſacrificādus: ſtipite. i. ligno: imo in ſtipite crucis ne v̄ſus claudicet: neqꝫ legi pōt ſex luſtris: q̄ nō ſtaret verſus.

Hic acetum. fel. arundo. ſputa. claui. lancea.
Mite corpus perforatur: ſanguis vnda profluit
Terra/ pōtus/ aſtra/ mūdus/ quo lauētur flumīe.

¶ Hic. i. in cruce derūt ei fel ⁊ acetum vel fel mixtū aceto: ⁊ arūdo. i. calamꝰ traditṫ ei in ſignū deriſionis pro ſceptro: ⁊ p̄ter hec ſputa adhibita ſunt ei: corpꝰ mite. i. ſuaue ꝑforatṫ clauis: ⁊ lācea: ⁊ ide ſanguis ⁊ vnda. i. aq̄: ꝓfluit. i. exiuit de corꝑe eiꝰ. q̇ flumine. i. ꝑ q̄ ſanguinis effuſiōe: terra. i. humiles: pōtꝰ. i. fluctuātes vitio: aſtra. i. iuſti: ⁊ mūdus. i. mūdani. lauanṫ. i. purganṫ. Per aquā debemus intellige-

del Verso lustra sex qui iam peracta
que por ninguna figura se podia salvar
que christo muriesse de solo seis lustros pero si
una muerte de ...

UVA. BHSC. IyR_124_2

re baptiſmū.p ſanguinem criſma:ꝛ dicūt qdā ꝙ angeli boni purgati ſunt de labe quā habuerūt ꝺ illis q̄ ceciderūt:vt lucifer ꝛ ſui cōplices:ꝛ iō dicit aſtra.

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis
Nulla ſilua talē profert/frōde/flore/germine/
Dulce lignū/dulces clauos dulce pōdꝰ ſuſtinet.

¶ Et qꝛ redemit nos i cruce leuatꝰ oēs ꝺbemꝰ clamare. O crux fidelis arboꝛ int̄ oēs vna.i.ſo la nobilis:qꝛ nulla ſilua ꝑfert talē arboꝛē:frōde.i.ꝓtectiōe:floꝛe.i.decoꝛe:germine.i.fructu vel radice: vel floꝛe.i.xp̄o q̄ vocatꝰ eſt flos a ꝓphetis: qꝛ ſicut flos ꝓcedit ſine feditate vel aliqua putredine:ita xp̄s ex vtero ꝟginis ꝓceſſit ſine aliquo pecca to:dulce lignū fuit illud qꝺ ſuſtinet dulces clauos xp̄i ꝛ dulce pōdꝰ.i.xp̄m.

Flecte ramos arbor alta:tenſa laxa viſcera:
Et rigor lenteſcat ille quē dedit natiuitas:
Vt superni mēbra regis miti tēdas ſtipite.

¶ Et preciū mūdi pependit in te.ideo O arboꝛ alta flecte.i.humilia:ramos.i. brachia crucis:ꝛ laxa.i.relaxa viſcera xp̄i: tēſa.i.extenſa in te:ꝛ ille rigoꝛ.i.duritia.lēteſcat.i.molleſcat. quē rigoꝛē natiuitas.i. natura dedit tibi:vt tendas ſtipite.i.in cruce: miti.i.humili: mēbꝛa ſuperni regis ideſt chꝛiſti.

Sola digna tu fuiſti ferre ſecli precium:
Atq̧ portum ꝑparare nauta mūdo naufrago
Quē ſacer cruor punxit fuſus agni corpore.

¶ Tu ſola fuiſti digna ferre preciū ſecli.i.ſuſtinere illū q̄ fuit appciatus triginta argenteis: atq̧ ꝑparare poꝛtū: q̄ſi nauta mūdo naufrago.i.periclitanti.i.oībus periclitātibꝰ:quē mūdū ſacer cruoꝛ.i.ſanctus ſanguis perunxit.i.mūdauit ille dico fuſus coꝛpoꝛe agni.

Metrū eſt iambicū:autoꝛ eſt Ambroſius. Cantat̄ tēpore paſchali.

Chorꝰ noue hieruſalē
Noua melos dulcedīe
Promat colens cum ſobriis
Paſchale feſtum gaudiis.

¶ Materia huiꝰ hymni eſt iuitare nos ad laudē feſti paſchalis cū militauerimꝰ ꝯtra diabolū.dicit em̄.choꝛꝰ noue ꝛc̄. Notādū ē ꝙ ꝑmo vocabat̄ ciuitas illa tebꝰ.ſcꝺo iebuſalē.tertio ſalē.q̄rto hierl̄ꝫ.p qꝺ ſignificat̄ multiplex hoīs ſtatꝰ. Jebꝰ em̄ iterp̄tat̄ ꝯculcamē.ꝛ hoc ē q̄n aliq̄s i adoleſcētia itōſus efficit̄. Jebuſalē iterp̄tat̄ pax cōculcatiōis.ꝛ hoc eſt q̄n aliq̄s habitat ꝛ delectat̄ i ꝑdictis. Salē iterp̄tat̄ pax. hoc ē q̄n aliq̄s reuerſus ē a vitijs. Hierl̄m iterp̄tat̄ viſio pacis.ꝛ hoc eſt q̄n aliq̄s fruet̄ celeſti gaudio. Vn̄ hoc nomē hierl̄ꝫ q̄ttuoꝛ modis accipit̄ ad literā. Hierl̄m ē illa ciuitas paleſtine. Anagogice hierl̄m ē eccl̄ia triūphās ſ.choꝛꝰ celeſti p̄ie. In hoc loco accipit̄ ſic. Choꝛꝰ noue hierl̄m.i.noue aīe.ſ. cuiuſlibet hoīs bn̄ inouati ꝛ purgati a vitijs:ꝓmat noua dulcedine.i.dulce melos. Melos ꝺr̄ a mel:qꝛ ſicut mel fit ex diuerſis gn̄ibꝰ rex. Jta ꝛ melos eſt qꝺ fit ex diuerſis notulis nouū vn̄ Cātate dn̄o cāticū nouū. Mel ꝺr̄ a miſcēdo. Vn̄ ꝓhibebat̄ i lege ꝙ nemo i ſacrificio poneret mel:ſed ſemp ſal. Mel em̄ fit ex diuerſis generibꝰ rerū. Homo nō ꝺꝫ eſſe diuerſus:ſed vniformis in bono. Vn̄ vinū ꝛ ſicerā nō bibit.etiā ſumit̄ hic vinū i mala ſignificatiōe. Vl

UVA. BHSC. IyR_124_2

nū fit ex vno genere rerū: illi bibūt q̄ tale q̄d faciūt ſemp q̄d nulli ſit rep̄hēſibile. Sicera fit ex diuerſis generib⁹ rerū: q̄ duo mixta vnū corrūpit aliū: vt ī ceruiſia. aut granū corrūpit aquā: aut aq̄ granū. Ille ergo bibit ſicerā q̄ facit aliq̄d q̄d videt̄ de genere bonoꝝ: cū non ſit. chor⁹ dico colēs feſtū paſcha le: cū gaudijs ſobrijs cōuenit ad corp⁹. Vñ Sobrie iuſte ꝛ pie viuam⁹ in hoc ſeculo. iuſte quo ad proximum pie quo ad deū: ſobrie quo ad noſmetipſos.

Quo chriſtus inuictus leo
Dracone ſurgens obruto
Dum voce viua perſonat
A morte functos excitat.

Rite dignetur veniens ſacratos
Ponere greſſus.

¶ Ut pi⁹ ſator: z dicit a ſero ſeris. i. creator mūdi: et redēptor mētibus puris pulſa liuiōe. i. liuore abiecta et venenoſa ſorde vitiorum veniēs digneť ponere greſſus ſacratos. i. ſctā itinera rite. i. ſine offenſione.

Laudibus ciues celebrāt ſupni
Te deus ſimplex paritercꝫ trine
Supplices & nos veniā precamur
Parce redemptis. Amen.

¶ Supni ciues. i. celeſtes āgeli celebrātte laudib⁹. o de⁹ ſimplex. ſ. ſubſtātia: z trine. ſ. ī pſonis pariter nos ſupplices. i. hūiles: pcamur veniā. i. indulgētiā: pce redēptis dimitte nobis redēptis pctā nr̄a: qꝛ redemiſti nos ſāguine tuo ,ppzio. amē. i. ſine fine.

Carmen eſt trimetrum iambicum. Canitur in feſtis apoſtolorum petri & pauli: proſequitur ipſorum laudes.

Fœlix p oēs feſtū mūdi cardīes
Apoſtolorū ,ppollet alacriter
Petri beati pauli ſacratiſſimi:
Quos xp̄s almo ɔſecrauit ſāguine
Eccleſiarum deputauit principes.

¶ Hic laudat autor deū ī cōmemoratiōe petri z pauli: q̄ deputauit illos eē pncipes ecclīe: z ptātē dedit illis ligādi atcꝫ ſoluēdi vincula pctōrū. Un̄ rogam⁹ eos vt reddāt nos deuotos fide z ſpe robuſtos: z replētos fonte gemine charitatis. impetrare ab eis viuere poſt mortē apoſtoloꝝ feſtū felix. i. beatū vel letū ,ppollet alacriter. i. iocoſe p̄alijs ſplēdet p oēs cardines. i. p oēs ptes mundi aplorū dico. ſ. beati petri z pauli ſacratiſſimi: quos aplos xp̄s cōſecrauit almo ſanguine: z deputauit ideſt conſtituit eos eſſe principes eccleſiarum.

Hic ſunt duæ oliuę coram domino
Et candelabra luce radiantia:
Præclara cœli duo luminaria
Fortia ſoluunt peccatorū vincula
Portas olympi reſerant fidelibus.

¶ Hi ſunt due oliue z due arbores fructuoſe z redolētes z ſūt cādelabra luce radiātia corā dn̄o. ſ. lumine ꝟtutū. qꝛ dn̄s nō poſuit eos ſub modio abſcōditos. ſꝫ ſup cādelabra. i. ī maiore claritate. ſ romana ciuitate z duo p̄clara lumīaria celi: z ſoluūt. i. rūpūt fortia vīcula pctōꝝ: z reſerāt iſti duo. i. aptūt. portas olympi. i. celi fidelib⁹. i. xp̄ianis.

Habēt ſupnam poteſtatē claudere
Sermōne ſedes: & pādere ſplēdētia
Limina poli ſuper alta ſidera:
Lingue eorū claues celi factę ſunt:
Laruas repellūt vltra mūdi limitē.

¶ Et ipi. ſ. petr⁹ z paul⁹ hn̄t ptātē claudere ſupnas ſedes. i. celeſtes hn̄t ptātē claudere ſmone. i. ſolo ꝟbo: ſicut clauſit ananie z ſaphire cū dixit petr⁹. Pecūia tua tecū ſit. i. pctā tecū ſint ī pditionē: z pādere. i. apire: ſplēdētia: lūina poli: ligue eorū claues facte ſūt: ſup alta ſidera. i. ſup oēs doctores ecclīaꝝ: z repellūt laruas. i. culturas idolatrie. Larua q̄ddā mōſtrū eſt: z ī vultu hoīs eſt vt pauorē inferat p q̄ſdā phātaſias nocturnas

UVA. BHSC. IyR_124_2

intelligimꝰ pctā q̇ apl̄i repellūt ab eis q̇ eos ſequunt̄ vltra limitē mūdi.i.extra eccl'iaꝫ. Nota ꝙ aliō eſt latria ab idolatria.qꝛ latria ē ſumme veneratiõis cultꝰ ſoli deo adhibēdꝰ.vl' latria eſt voluptaria ꝓfeſſio diuine maieſtati. idolatria v̄o ē cultꝰ deo debitꝰ:creature exhibitꝰ. Et hec differētia ſolet aſſignari iter latria ꝛ idolatria:dulia ꝛ ꝑdulia. de latria ꝛ idolatria q̄d ſit dictū eſt. Dulia v̄o eſt honoꝛ q̇ debet̄ ſctis. Vn̄ de btā v̄gine ſciēdū ꝙ inquātū eſt ꝑſona ſctā ei debet̄ dulia:ſꝫ inquātū eſt mat̄ dei:debet̄ ei hyꝑdulia.i.magna excellētia:qꝛ hyꝑdulia debet̄ excellēti:ſicut ē caro xp̄i. Btā v̄go.crux xp̄i:qꝛ fuit iſtrumētū nr̄e redēptiōis.ꝛ cōcoꝛdat cū dicētibꝰ:ꝙ eſt dulia maioꝛ ꝛ minoꝛ.de latria ꝛ dulia ꝛ differrētijs habet̄ in capl'o. Venerabiles imagines. de cōſecratione diſtinctiōe.iij.in gloſa. Ibi poſitis. Itē nota ꝙ idolū aliq̄n dicit̄ lignū vel alia res ſic figurata:q̄nq̄ꝫ v̄o d̄r cōiunctū ex imagine demone ꝓſidēte.ꝛ ita ſumit̄ ꝑma ad Corinth.viij.vbi d̄r:ꝙ idolū nihil ē.hactenꝰ cōmēdauit autoꝛ vtrūq̄ꝫ.ſ.petrū ꝛ paulū:mō vult tm̄modo petrū cōmēdare.

Petrus beatus catenarū laqueos
Chriſto iubēte rupit mirabiliter:
Cuſtos ouilis & doctor eccleſiæ
Paſtor & gregis cōſeruator ouiū
Arcet luporū truculētā rabiem.

C Beatꝰ petrꝰ rupit laq̄os catenarū qꝛ ceciderūt catene de manibꝰ eius ꝑ angelū nūciātē:mirabil̄.i.fortit̄ xp̄o iubēte:ꝛ ip̄e cuſtos ouilis ꝛ doctoꝛ fidelis eccl'ie paſtoꝛ gregis xp̄iani:ꝛ cōſeruatoꝛ ouiū fideliū:arcet.i.repellat truculentem.i.crudelem rabiem.

Q̄dcūq̄ꝫ vīclis ſup terrā ſtrīxerit
Erit in aſtris religatum fortiter:
Et quod ſoluerit ī terris arbitrio
Erit ſolutum ſuper cœli radium
In fine mundi iudex erit ſæculi.

C Quodcūq̄ꝫ vinclis.i.ſentētijs ſtrinxerit.i.ligauerit ꝛ cōſtringet:erit ligatum aſtris.i.in celis et qđ ſoluerit in terris arbitrio.i.iudicio ſuo erit ſolutum ſuper radium ſolis vel celi:ꝛ erit iudex ſeculi in fine mundi.

Nō īpar paulꝰ huic doctor gētiū
Electionis tēplū ſacratiſſimum:
In morte cōpar:ī corona ꝑticeps
Ambo lucernæ:& decus eccleſiæ
In orbe claro coruſcāt vibramīe.

C Petrꝰ erat talis q̄lis ſuperiꝰ oſtēdit̄:ſꝫ paulꝰ nō impar huic.ſ.petro eq̄lis doctoꝛ gētiū:ꝛ ſacratiſſimū tēplū.i.vas electiōis:ꝛ in moꝛte.i.ī paſſiōe cōpar.i.eq̄lis huic:ꝛ ī coꝛona ꝑticeps cōcoꝛs ambo illi lucerne ſūt ꝛ decꝰ.i. honoꝛ eccl'ie: coꝛuſcāt claro vibꝛamine.i.magno ſplēdoꝛe:ꝛ ī oꝛbe.i.mūdo

O roma fœlix q̄ tātorū principū
Es purpurata precioſo ſanguine
Excedis oēm mūdi pl'chritudinē
Nō laude tua ſed ſctōrū meritis:
Quos cruētatis iugulaſti gladiis

C O roma felix.i.beata: q̄ purpurata.i.decoꝛata ꝓcioſo ſanguine hoꝝ q̄ paſſi ſunt tātoꝝ pꝛincipū.i.tā magnorū.ſ.petri et pauli: excedis.i.ſuperas omnē pulchꝛitudinem mūdi: nō tua laude:ſed meritis ſanctoꝝ.i.pꝛopter ſanctos quos iugulaſti.i.interfeciſti gladijs cruentatis idest ſanguinolentis:quia in te occiſi ſunt.

UVA. BHSC. IyR_124_2

Vos ergo ſcti glorioſi martyres
Petre beate paule mundi lilium
Cœleſtis aulę triū̃phales milites
Pręcibus almis nr̄is nos munite
Ab oīb⁹ malis ferte ſuper ethera.

¶ Et quia habetis poteſtatē ligādi atq; ſoluēdi: ergo O martyres glorioſi. ſ. petre ⁊ paule liliū. i. ornamētum vel flos mundi ⁊ milites celeſtis aule triū̃phales. i. victorioſi: munite. i. defendite nos ab oibus malis nr̄is: almis precibus: ⁊ ferte nos ſuper ethera idest ad vſq; ethereum celum.

Gloria deo patri per imēſa ſęcula
Sit tibi ante decus & imperium
Honor: poteſtas: ſctōq; ſpiritui
Sit trinitati ſalus indiuidua
Per infinita ſclorū ſecula. Amen.

¶ Gloria ſit deo patri per immenſa ſecula. i. per mutabilia ſecula: ⁊ o tu nate. i. fili dei viui: decus ⁊ imperium qui imperas celo ⁊ terre: et mari. ſit tibi honor ⁊ poteſtas ⁊ ſpirituiſancto indiuidua. i. inſeparabilis ſalus trinitati que trinitas vnus deus eſt ſalus omnium gentium per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Carmen eſt quale ſuperius: ſed cacometrum.

AVrea luce & decore roſeo
Lux lucis oē pfudiſti ſclm
Decorās cœlos inclyto martyrio
Hac ſacra die q̄ dat reis veniam.

¶ O lux lucis. i. filius prīs. perfudiſti omne ſeculū. i. repleſti aurea luce. i. predicatione apoſtolorum. Lumina aurea dicti ſunt apoſtoli ſapiētie proferentia ſplendorē ⁊ bonitatis et bone vite quibus nos illuminant: ⁊ decore roſeo. i. rubeo martyrio. tu dico decorās celos. i. celeſtes creaturas inclyto martyrio. i. nobili paſſione, hac ſacra die: ſcilicet in hac feſtiuitate. que dies dat veniam. i. indulgentiam: reis idest peccatoribus.

Ianitor cœli doctor orbis pariter
Iudices ſęcli vera mundi lumina
Per crucē alter: alter ēſe triū̃phās
Vitę ſenatum laureati poſſident.

¶ Ianitor celi. i. petrus oſtiarius: doctor orbis. i. predicator mūdi ſcz paulus pariter. i. ſimul ſunt iudices ⁊ ſunt vera lumina mūdi. alter idest petrus triū̃phās. i. vincēs per crucē: alter. i. alius ſcilicet paulus triū̃phās enſe. laureati idest coronati: poſſident ſenatum. i. principatum vite eterne.

Iā bōe pastor petre clęmēs accipe
Vota precantū & peccati vincula
Reſolue tibi poteſtate tradita
Qua cūctis cœlū verbo claudis & aperis.

¶ Apoſtrophā facit ad petrum ſic dicēs. O petre bone paſtor clemēs accipe iā vota p̄cātū. i. p̄ces: ⁊ reſolue vincula pcti: poteſtate tibi tradita a xpo: q̄ poteſtate: claudis ⁊ apis celū. i. paradiſum cunctis: verbo. i. ſermone.

DOctor egregie paule mores īſtrue
Et mēte polū nos trāſferre ſatage
Donec perfectum largiatur plenius
Euacuato quod ex parte gerimus.

¶ O paule doctor egregie inſtrue. i. cōpone noſtros mores: ⁊ ſatage. i. labora: trāſferre nos mēte: polū. i. celeſtia mēte cogitare: ⁊ q̄ in celis tota mēte deſi

UVA. BHSC. IyR_124_2

derare donec.i.quouſq perfectū in vtraq parte.ſ.aīa z corpore largiat.i.tribuat nobis in futuro:pleni⁹.i.de⁹ largiat:illo euacuato.i.penit⁹ dimiſſo.ſ. mortalitate:qd gerim⁹ ex pte.i.in hoc corpe:q̃ſi in alia pte hois.i.in futuro glīabit hō pleni⁹ z pfecti⁹ data ſibi imortalitate vtriuſq ptis.ſ.copis z aīe.

Oliuæ binæ/pietatis vnicæ/
Fide d̃uotos/ſpe robuſtos/maxīe
Fōte repletos charitatis geminæ
Poſt mortē carnis īpetrate viuere.

¶O bine.i.due oliue pietatiſ vnice.i. indiuiſe vel vnius amoriſ īpetrate.i. poſtulate a deo nos viuere deuotos fide:z robuſtoſ.i.firmos ſpe maxime repletos fonte gemine charitatis.ſ. dilectionis dei z pximi īpetrate viuere inq dico poſt mortē carnis.i.ſeparationē corporis z anime.

Sit trinitati ſempiterna gloria.
Honor/poteſtas/atq iubilatio/
In vnitate cui manet imperium
Ex tūc & modo per ęterna ſęcula.

¶Sempiterna glīa.i.eterna glīa ſit trinitati i trib⁹ pſonis z honor ſit eis atq iubilatio.i.laudatio ſit ei trinitati i vnitate.ſ.i vno deo cui trinitati:q̃ eſt vnus de⁹ manet īperiū.z ex tūc.i. ab exordio mūdi:z mō i pſenti p eterna ſecula.i.per oīa ſequētia. Amen.

Carmen eſt cacometrum quale illud Luſtra ſex qui iam. Canitur in feſto ſanctorum angelorum.

Tibi xp̄e ſplēdor patris/vita/virt⁹/cordiū
In cōſpectu āgeloꝝ votis/voce/ pſallim⁹
Alternātes cōcrepādo melos damus vocibus.

¶In hoc hymno intēdit autor laudare dn̄m intēdit etiā i cōmemoratiōe ſctī michaelis gr̄a vel amore ipſi⁹ archāgeli collaudare oēs angeloſ:ſ; maxime michaelē:q eſt pnceps militie celeſtiſ. Rogat itaq z pcat vt oēs angeli nobis aſſiſtāt:z demones a nobis repellāt:z mūdoſ corde z corpe nos reddāt. O xp̄e q es ſplēdor pr̄iſ vita z virt⁹ cordiū:q2 ſicut viuit corp⁹ p aīam:ita viuit aīa p xp̄m:pſallim⁹ tibi in cōſpectu angeloꝝ votis ac pctib⁹:vel corde:ore:z voce:z dam⁹ melos.i.melodias: vocib⁹ nr̄is:pcrepādo.i.reſonādo alternātes.i.vocib⁹ alternatiſ decātāteſ.

Collaudemus venerantes omnes cœli milites
Sed præcipue primatem cœleſtis exercitus
Michaelem in virtute conterentem zabulon.

¶Nos collaudem⁹ venerātes oēs celi militeſ.i.angelos celi pcipue pmatē celeſtis exercitus.ſ.michaelem: conterētem zabulō.i.diabolū in virtute crucis. Michael interptat quis eſt vt de⁹:quaſi dicat qs eſt ita fortis vt de⁹ noſter q creauit nos ad laudādū ſe. Per hoc nomen michael oſtendit q nullus poteſt facere q̃ deus facit.

Quo cuſtode procul pelle rex xp̄e piiſſime
Omne nephas inimici mundo corde & opere
Paradiſo redde tuo nos ſola clęmentia.

¶Quo cuſtode.ſc; michaele:o xp̄e piiſſime.i.fortiſſime pcul pelle i.abiice lōge omne nephas.i.omē pctm̄ ini-

f

Delamano y letra de mi Pe [illegible]

U.V.A. BHSC. LyR 124 2

mici.i.diaboli:ꝛ redde nos ſola vel ſancta clemētia tuo paradiſo ideſt in requiem.nos dico mundo factos corde ꝛ corpore.i.tam in aīa ꝙ in corpore.

Gloriā patri melodis perſonem⁹ vocibus
Gloriā xp̄o canamus:gloriā paracleto.
Qui de⁹ trin⁹ & vn⁹ extat añ ſęcula.amen

¶ Ex quo cuſtode ſcꝫ michaele. xp̄s expellat a nobis omne nephas inimici: et faciat nos mundos corde ꝛ corpore. ideo perſonemus gloriā patri vocibus melodis ideſt dulcedinis vel dulcibus melodijs et canamus gloriā chriſto ideſt eius filio ꝛ canamus ſimiliter eadem qualitate gloriam ideſt laudem ꝛ honorem paracleto ideſt ſpirituiſancto:qui extat:ideſt manet deus trinus:in perſonis:ꝛ vnus in vnitate ſubſtantie: ante ſecula ideſt ante omnia ſecula. Amen.

Carmen eſt ſaphicum mixtum adonico. Canitur in feſto angelorum quorum auxilium petit.

CHriſte ſanctorum dec⁹ angelorum
Rector humani generis & autor
Nobis eternum tribue benignus
Scandere cœlum.

¶ O xp̄e ſanctoꝝ decus angeloꝝ:ſctoꝝ dico ad differētiā maloꝝ. Et nota ꝙ autor facit hic inuocationem ad oēs ꝛ ſingulos bonos angelos:rector hūani generis: ꝛ autor:tu benignus tribue nobis ſcādere.i.aſcēdere celū.i.regnū eternum.

Angelum pacis michaelem ad iſtam
Cœlitus mittas rogitamus aulam.
Nobis vt crebro veniente creſcant
Proſpera cuncta.

¶ Rogitamus mitas celitus.i.dirigas:ad iſtā aulā.i.eccleſiā michaelē angelum pacis: qui nos placet deo. Quoties magna nunciant a deo: michael mittit. quādo vero maiora gabriel mittitur.vt marie: et zacharie. Ad medelā raphael mittitur: vt Thobie.ad hoc ergo mittatur.vt cuncta proſpera creſcant veniente michaele archangelo deo:crebro ideſt frequenter.

Angelus fortis gabriel vt hoſtem
Pellat antiquum volitet ab alto
Sepius templum veniens in iſtud
Nos miſeratus.

¶ Gabriel interp̄tat fortis angel⁹.i.fortitudo dei:ꝑ qđ intelligit ꝙ fortis fuit ꝛ potēs ad defendēdū fortitudinē diaboli:ꝑ virtutē ſancte crucis.ꝛ gabriel fortis angelus:volitet.i.volet:ab alto celo:vt pellat antiquum hoſtem.i.diabolum:gabriel dico veniens ſepius in iſtud templum.i.eccleſiam:miſeratus noſtri.

Angelum nobis medicum ſalutis
Mitte de cœlis raphaelem:vt omnes
Sanet ęgrotos pariterꝗ noſtros
Dirigat actus

¶ O xp̄e mitte nobis angelū raphaelē:medicum ſalutis nr̄e. Raphael iterp̄tat medicina dei.ꝛ ſignat xp̄m qui tulit nobis de celis me-

UVA. BHSC. IyR_124_2

dicinã. cuius gratia mũdati ſumus ab omni peccato: et liberati ab hoſte antiquo: vt ſanet idest curet nos omnes egrotos in mente: et dirigat actus noſtros idest noſtras operationes prauas ad bonam operationem.

Hinc dei noſtri genitrix maria.
Totus & nobis chorus angelorum
Semper aſſiſtat: ſimul & beata
Concio tota.

¶ Et quia facimus inuocationẽ angelorum: maria genitrix dei nři: et totus chorus angelorum aſſiſtat semp. i. omni tẽpore: nobis oibus et tota concio beata idest exercitus angelorum: nobis aſſiſtat ſimul: vt iſti intercedant pro nobis.

Prȩſtet hoc nobis deitas beata
Patris ac nati paritercꝫ ſancti
Spiritus/cuius reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

¶ Beata deitas. ſ. pr̃is ac nati. i. filij: et ſpũſſcti pſtet. i. tribuat nobis parit hoc qđ predictũ eſt glia cuius ſpũs reboat idest perſonat omni mundo. Amen.

Carmen eſt dimetrum iambicũ cacometrum. Canitur in feſto omnium ſanctorum: quorum omniũ interceſſionem pro nobis implorat.

CHriſte redẽptor omniũ
Conſerua tuos famulos
Beatȩ ſemper virginis
Placatus ſemper precibus.
Beata quocꝫ agmina
Cœleſtium ſpirituum
Prȩterita prȩſentia
Futura mala pellite.
Vates eterni iudicis
Apoſtolicꝫ domini
Suppliciter expoſcimus
Saluari veſtris precibus.
Martyres dei inclyti
Confeſſoreſcꝫ lucidi
Veſtris orationibus
Nos ferte in cœleſtibus
Chorus ſanctarum virginũ
Monachorumcꝫ omnium
Simul cum ſanctis omnibus
Conſortes chriſti facite.

¶ Hic facit inuocationẽ ad omnes ordines angelorum: et deprecatur vt eos ipſi adſint nobis: et a nobis oĩa vitia repellant: et nos purificatos corde et corpore et opere ad celeſtia regna perducant.

¶ O chriſte redẽptor omnium ſcilicet fidelium: conſerua tuos famulos qui tibi famulantur: tu dico placatus ſanctis precibus beate marie virginis etc.

¶ O beata agmina celeſtiũ ſpirituum ſcilicet angelorũ pellite quocꝫ idest ſimiliter preterita mala idest vitia: pſentia et futra a nobis.

¶ Vates idest o vos pphete eterni iudicis idest chriſti: o apoſtoli domini expoſcimus idest deprecamur ſuppliciter ſaluari: veſtris precibus.

¶ O martyres dei incliti idest nobiles et electi: et confeſſores lucidi. i. caſti: ferte nos in celeſtibus regnis veſtris orationibus.

¶ Chorus ſctãrum virginũ et oim monachorũ. facite nos xpi cõſortes. i. participes celeſtis regni: cum oibus ſanctis.



UVA. BHSC. IyR_124_2

Gentem auferte perfidam
Credentium de finibus:
Vt chriſto laudes debitas
Perſoluamus alacriter.

¶ Auferte ideſt remouete gentem perfidam ideſt infidelem de finibus credentium: et ad quid? vt perſoluamus alacriter ideſt iocoſe chriſto laudes debitas.

Gloria patri ingenito
Eiuſq; vnigenito
Vna cum ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Gloria ideſt laus ſit ingenito patri eiuſq; vnigenito ideſt filio Ieſu chriſto vna ideſt pariter cum ſancto ſpiritu: in ſempiterna ſecula. Amen.

IEſu ſaluator ſæculi
Redemptis ope ſubueni
Et pia dei genitrix
Salutem poſce miſeris.

¶ Hymnus iſte cōtinuatur ſuperiori: ſic dixi. O chriſte conſerua tuos famulos: et bene debes quia redemiſti nos. O ieſu ſaluator ſeculi ſubueni .i. ſuccurre redēptis ope: ſcilicet tuo auxilio et o pia dei genitrix: poſce .i. impetra ſalutem animarum: nobis miſeris.

Cœtus omnes angelici:
Patriarcharum cunei:
Et prophetarum merita
Nobis precentur veniam.

¶ Omnes angelici cetus ideſt omnis angelorum ſocietas ſeu exercitus cunei ideſt chori patriarcharū: et merita prophetarum precētur ideſt poſtulent vel impetrent nobis veniam ideſt indulgentiam peccatorum.

Baptiſta chriſti præuius
Et clauiger æthereus
Cum cæteris apoſtolis
Nos ſoluant a nexu criminis.

¶ Baptiſta Ioannes preuius ideſt precurſor chriſti et clauiger. ſcilicet petrus ethereus ideſt celeſtis: cum ceteris apoſtolis: ſoluat nos a nexu criminis ideſt a vinculis peccatorum.

Chorus ſacratus martyrum:
Confeſſio ſacerdotum:
Et virginalis caſtitas
Nos a peccatis abluat.

¶ Sacratus chorus .i. ſacer cetus martyrum: et confeſſio ſacerdotum .i. iuſtorum et caſtitas virginalis ideſt virginū abluant nos a peccatis.

Electorum ſuffragia
Omneſq; ciues cœlici
Annuant votis ſupplicum:
Et vitę poſcant præmium.

¶ Suffragia ideſt patrocinia electorū vel monachorum: et omnes celici ideſt celi ciues angeli annuant ideſt faueant votis ideſt precibus ſupplicū ideſt humilium: vt poſcant ideſt impetrent premium vite eterne.

Laus/honor/virtus/gloria
Deo patri & filio
Sancto ſimul paracleto
In ſempiterna ſęcula. Amen.

¶ Laus honor virtus et gloria ſint deo patri et filio ſimul ſancto paracleto in ſempiterna ſecula. Amen.

Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur in feſto diui Martini: cuius laudes proſequuntur.

UVA. BHSC. IyR_124_2

Rex xpe martini decus
Hic laus tua tu illius
Tu nos in hunc te colere
Quin ipſum in te tribue.

¶ Autoꝛ cōmendat ꝛ laudat deū de cōuerſione ꝛ habitu beati martini qꝛ hic pauper ꝛ modicus celū diues ingreditur qꝛ per cōſtantiā fidei ꝛ cōfeſſionē trinitatis meruit fieri ſuſcitatoꝛ triū moꝛtuoꝝ quoꝝ aie detinebant clauſe in inferno. Rogat itaqꝫ dn̄m. vt ſicut per confeſſionē ſancte trinitatis tres moꝛtuos ſuſcitauit ad inferno: ita ſuſcitet nos a peccato: ꝛ ſicut induit pauperē parte ſue chlamydis ſic nos induat iuſticiā. O xpe rex eterne: decus. i. honoꝛ martini: hic. i. martinus eſt tua laus: tu es ſalus illius martini. tu tribue nos colere te: in hūc. ſ. martinū: quin. i. inſuper: tribue nobis ipſum martinum colere in te chꝛiſto.

Qui das per orbis cardines
Quod gemma fulget pręſulū
Da quos premūt culpę graues
Soluat per ingens meritum.

¶ Tu q̄ das qꝫ martin⁹ gēma exiſtens pꝛeſulū. i. epiſcopoꝝ ꝛ ſacerdotum fulget. i. ſplēdet per cardines. i. per angulos: oꝛbis. i. per quattuoꝛ partes mundi: da. i. concede vt martinus ſoluat per ingens meritum nos quos graues culpe idest criminalia peccata: pꝛemunt idest detinent.

En pauper hic & modicus
Cœlum diues ingreditur:
Cœli cohortes obuiant
Linguę, tribus, gentes ouant.

¶ En. i. ecce: hic. ſ. martinus paup ī diuitijs: ꝛ modicus. ſ. in pſona coꝛpis: diues in ꝟtutib⁹ exeūdo de mūdo: ingredit celū: coboꝛtes. i. exercit⁹ celi: obuiāt ei lingue. ſ. oēs trib⁹ iſrael. ſ. iudei: gentes. i. gentiles ouant. i. applaudunt.

Vt vita fulget tranſitus
Cœlis & aruo ſplendidus:
Gaudere cunctis pium eſt
Cunctis ſalus ſit hic dies.

¶ Ut ꝓ ſicut: vita illi⁹ ſic trāſitus. i. obitus eius: fulget. i. reſplendet: celis. i. in celo et in aruo. i. in terra ſeu in mundo: tranſitus dico ſplēdidus: ꝛ ideo qꝛ fulget: pium eſt gaudere cunctis hominibus: ꝛ hic dies. i. hoc feſtum ſit ſalus cunctis idest omnibus.

Sit trinitati gloria
Martinus vt confeſſus eſt:
Cuius fidem per opera
In nos & ipſe roboret.

¶ Sit gloꝛia trinitati ſcilicet patri et filio et ſpiritui ſancto: vt pꝛo ſicut: martinus confeſſus eſt ſcilicet fide et opere fidem cuius martini: ꝛ ipſe deus roboꝛet in nobis.

Martine par apoſtolis
Feſtum colentes tu foue
Qui viuere diſcipulis
Vis aut mori nos/reſpice

¶ In hoc hymno cōmēdat authoꝛ beatum Martinū per cōſtantiā fidei eius quā habuit in ſuſcitatiōe triū moꝛtuorū. O martine par apoſtolis. i. equalis in trium moꝛtuoꝝ ſuſcitatione: qꝛ tres moꝛtuos ſuſcitauit vt apl'i: ꝛ qꝛ globus igneus. i. ſpūſſctūs deſcēdit ſup eū: tu foue. i. reſuſcita a peccato: collētes tuū feſtum: qui vis viuere aut moꝛi diſcipulis. i. ad vtilitatem diſcipuloꝛū: quia



UVA. BHSC. IyR_124_2

nec mori timuit: nec viuere recuſauit. Unde et ipſe effundens orationem apud dominum: ait O domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius: non recuſo laborem. Fiat voluntas tua: quia nec viuere nec mori recuſaſti. ideo reſpice nos: vt tuis meritis et precibus mundo corde ⁊ caſto corpore exiſtentes: aulam celi ingredi mereamur: ſicut feciſti in tempore tuo prelatos eccleſie famulos.

Fac nunc quod olim geſſeras:
Nunc prȩſules clarifica:
Auge decus ecleſie:
Fraudes elide ſathanȩ.

¶ O martine fac ideſt effice: nunc hoc preſente tēpore. ſcilicet nos eſſe iuſtos quod ieſſeras ideſt feceras olim predicando: clarifica ideſt illumina: nūc preſules eccleſie ideſt prelatos: auge decus eccleſie: et elide ideſt frange vel reprime fraudes ſathane ideſt diaboli aduerſarij.

Qui ter chaos euiſceras
Merſos reatu ſuſcita:
Diuiſeras vt chlamidem
Nos indue iuſticiam:

¶ Tu qui euiſceras pro euiſceraſti ideſt euacuaſti: chaos ideſt infernum: ter ideſt tres mortuos ſuſcitaſti. Tu qui ter intraſti in infernum reſuſcitando tres mortuos ſuſcita nos merſos ideſt mortuos: reatu ideſt culpa per peccatū primi parentis. ſcilicet ade et ꝓpria culpa: vt pro ſicut: diuiſeras chlamidē pauperi: ſic indue nos iuſticiam.

Vt ſpecialis gratiȩ
Quondam recorderis tuȩ
Monaſtico nunc ordini
Iam pene lapſo ſubueni.

¶ O martine ſubueni. i. ſuccurre: monaſtico ordini ideſt ordini monachorū: iam lapſo ideſt relapſo in peccatis: pene ideſt fere: et ad quid: vt recorderis quondam tue ſpecialis gratie.

Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrū. Canitur in feſtis apoſtolorum: quorū poteſtatem a chriſto traditam narrat.

Exultet cœlum laudibus:
Reſultet terra gaudiis:
Apoſtolorum gloria
Sacra canunt ſolemnia.

¶ In hoc hymno facit autor inuocationem ad apl̄os: vt ipſi pro nobis deprecent: ⁊ ſuis precibus a nobis vitia repellant: vt de⁹ veniētes ad iudiciū: ne pro reatu nos puniat: ſed repletos eternis gaudijs faciat. Et nota ꝙ dies iudicij nō dicit ideo ꝙ tūc erit dies: ſed apparebūt omnia nobis tāꝗ in die: celū. i. celeſtis curia exultet. i. gaudeat laudibus: terra ideſt terreni. ſ. homines: reſultet gaudijs: homines canūt. i. laudant ſacra ſolēnia gloria apoſtolorum.

Vos ſȩcli iuſti iudices
Et vera mundi lumina
Votis precamur cordium
Audite preces ſupplicum.

¶ Uos apoſtoli ⁊ iuſti iudices ſecli. i. ſeculi: ⁊ vera lumina mundi: qꝛ totus mūdus illuminatur predicatione: precamur vos votis cordium. i. precibus cordis audite preces ſupplicū. i. humiliū.

Qui cœlum verbo clauditis.
Seraſqꝫ eius ſoluitis
Nos a peccatis omnibus
Soluite iuſſu queſumus.

¶ Qui clauditis ſcilicet peccatoribus celum verbo ideſt ſermone: et ſoluitis bonis ſeras ideſt clauſuras eius: queſumus ideſt precamur vos ſoluite ideſt abſoluite nos a peccatis omnibus: iuſſu ideſt precepto.

Quorum pręcepto ſubditur
Salus: & langor omnium:
Sanate ęgros moribus:
Nos reddentes virtutibus:

¶ Precepto quorum ſcilicet apoſtolorum: ſalus ideſt ſanitas: et langor ideſt infirmitas omnium hominum ſubditur ſanate egros ideſt peccatores: moribus ideſt prauis cogitationibus et voluntate mala peccandi: reddentes nos virtutibꝰ ideſt operationibus virtuoſis

Vt cum iudex aduenerit
Chriſtus in fine ſęculi
Nos ſempiternis gaudiis
Faciat eſſe compotes.

¶ Et rogamus vos: vt cum chriſtus iudex aduenerit in fine ſeculi: faciat nos eſſe compotes ſempiternis gaudijs.

Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur in feſtis apoſtolorum: quorum laudes enumerat.

Eterna chriſti munera
Apoſtolorum gloria
Laudes canentes debitas
Lętis canamus mentibus.

¶ Hymnus iſte continuatur ſuperiori: ſcilicet Exultet celum laudibus. Nos canentes debitas laudes chriſto in honore apoſtolorum: canamus letis mentibus ideſt iocūdis: gloria ideſt ad gloriam apoſtolorum: eterna munera ideſt dona chriſti que ſua pietate nobis largitus eſt.

Eccleſiarum principes
Belli triumphales duces
Cœleſtis aulę milites
Et vera mundi lumina.

¶ Iſti ſunt principes eccleſiarum: iſti ſunt triūphales duces belli ideſt triūphantes. Iſti ſunt milites celeſtis aule ideſt palacij: et ſunt vera mundi lumina: quia predicatione illorum illuminatus eſt mundus.

Deuota ſanctorum fides
Inuicta ſpes credentium
Perfecta chriſti charitas
Mundi triumphat principem.

¶ Fides deuota ſanctorum ideſt obediens inuicta ſpes credentium: perfecta chriſti charitas ideſt amor: triumphat ideſt ſuperat: principem mundi ideſt diabolum. Unde venit princeps mundi huius et in me non habet quicqꝫ.



UVA. BHSC. IyR_124_2

In his paterna gloria:
In his voluntas ſpiritus:
Exultat in his filius:
Cœlum repletur gaudiis.
Te nunc redemptor quęſumus
Vt ipſorum conſortio
Iungas precantes ſervulos
In ſempiterna ſęcula. Amen.

❡ Paterna glīa exultat in his: ſcilicet apoſtolis volūtas ſpiritusſancti exultat in his: ſiliꝰ exultet in his quid dicam per ſingula: celum repletur gaudijs.

❡ O redēptor queſumus te nūc .i. in preſenti vt iūgas precātes ſeruulos conſortio ipſorum ſcilicet apoſtolorū in ſempiterna ſecula. Amē.

Carmen eſt aſclepiadeum mixtum gliconico. Canitur in feſtis plurimorum martyrum.

SCtōrū meritis inclita gaudia
Pāgamꝰ ſotii geſtaqꝫ fortia.
Nam gliſcit animꝰ ꝓmere cātibus
Victorum genus optimum.

❡ In hoc hymno laudat autor deū in cōmemoratione ſctōrū martyrū qr mūdū cū pōpis ſuis ⁊ cū vitijs ⁊ cōcupiſcētijs ſuis dimiſerūt ⁊ ſpreuerūt. Unde in terris laudant ⁊ in celis honorant. intendit itaqꝫ rogare deū vt nos ſuos famulos iungat cōſortio ſanctoꝝ martyrū. O ſocij pangamus .i. cantemus: inclyta gaudia .i. preclara meritis ſanctorum: et fortia geſta eorum: nam animus gliſcit ideſt cupit vel gaudet promere ideſt laudare cum cantibus optimum genus victorum ideſt martyrum.

Hi ſūt qͦs retinēs mūdus īhorruit
Ipſum nam ſterili flore per aridū
Spreuere penitus: teqꝫ ſecuti ſunt
Rex chriſte bone cœlitus.

❡ Hi ſunt martyres quos mūdus retinēs .i. dū viuerent in mūdo: inhorruit ideſt odio habuit: nam ipſi martyres ſpreuere penitus ipſum: ſcilicet mūdum per aridū ideſt valde ſiccum: flore ſterili ideſt non fructuoſo: ⁊ ſecuti ſunt celitus ideſt diuinitus te: o chriſte bone rex.

Hi pro te furias atqꝫ ferocia
Calcarūt omnia: ſeuaqꝫ verbera:
Ceſſit his lacerās fortiter vngula:
Nec carpſit penetralia.

❡ Hi .i. martyres calcarūt ideſt ſuſtinuerūt: paſſi ſunt ⁊ vicerūt pro te furias .i. inſidias infidelium: atqꝫ oīa verbera fortia ideſt crudelia ⁊ ſeua ideſt iniuſte illata. ⁊ vngula .i. quoddam genus tormēti: ceſſit ideſt locū dedit: his martyribus. lacerans ideſt puniens fortiter: vltra queuis tormenta. nec pro non: ſed ⁊ non carpſit penetralia martyrum vel apoſtolorū ideſt non fuerūt fracta vel diuiſa eorum viſcera. ⁊ hoc virtute dei: quia virtus dei erat in eis. vel non carpſit penetralia ideſt intima eorum et non potuerunt tormentorum generibus a propoſito ſancto retrahi.

100
3
300
200

UVA. BHSC. IyR_124_2

Ceduntur gladiis more bidētiū
Nō murmur reſonat: nō q̄rimōia:
Sed corde tacito mēs bene conſcia
Conſeruat patientiam.

¶ Ipſi ceduntur.i.iugulantur gladijs crudelibus more bidētiū idest conſuetudine ouium murmur eorū non reſonat:non querimonia idest lamentatio non auditur: ſed mens bene conſcia idest boni meriti:conſeruat patiētiam tacito corde:quia fortes patientes ⁊ firmi erant pro fide christi bello.

Quę vox/q̄ poterit līgua retexere
Quę tu martyrib9 munera p̄pas?
Rubri nā fluido ſanguine laureis
Ditantur bene fulgidis.

¶ Et quia oīa hec pro christi noīe patiebantur:igitur que vox ⁊ q̄ lingua poterit retexere.i.dicere:vel explicare munera.i.dona q̄ tu martyribus preparas?nam ipſi rubri.i.rubei fluido idest fluente ſanguine ditantur idest coronantur:laureis idest coronis bene fulgidis.

Te ſumma deitas vnaq̄ꝫ poſcimus
Vt cl'pas abluas/noxia ſubtrahas:
Des pacē famulis/nos q̊q̄ꝫ gloriā
Per cuncta tibi ſęcula. Amen.

¶ O ſumma deitas nos ſupplices.i.humiles poſcimus.i.rogamus te: vt abluas.i.deleas culpas noſtras idest peccata nr̄a: ⁊ ſubtrahas noxia.i.ipſa peccata a nobis: ⁊ des pacē famulis tuis. quoq̄ꝫ.i.ſimiliter: nos oēs demus gloriam tibi idest ad honorem tuū per cūcta ſecula. Amen.

Carmē eſt quale illud Primo dierū. Canitur in feſto martyrū.

REx glorioſe martyrum
Corona confitentium
Qui reſpuentes terrena
Perducis ad cœleſtia

¶ Materia huius hymni eſt inuocare regē martyrum. vt dirigat ad nos aures ſue clemētie ⁊ qđ delinquimus ꝓpter merita ſanctorū in quoꝝ cōmemoratiōe preſens hymnus cātat.parcere vel ignoſcere dignetur. O glorioſe rex martyrum corona.i.brauiū ⁊ merces cōfitentium nomen tuum.qui perducis reſpuentes terrena.ad celeſtia regna.

Aurem benignam protinus
Appone noſtris vocibus:
Trophea ſacra pangimus
Ignoſce quod delinquimus.

¶ Tu appone aurem tuā benignā. protinus idest ſtatim noſtris vocibus ⁊ ignoſce quod delinquimus. qui pangimus ſacra trophea idest victorias martyrum

Tu vincis in martyribus
Parcendo confeſſoribus:
Tu vince noſtra crimina
Donando indulgentiam.

¶ Tu vincis ſeuiciā tyrānorum in martyribus parcēdo cōfeſſoribus: q2 non vis vt per martyrium finiāt vitā ſuam:tu vince.i.deſtrue noſtra crimina donādo nobis indulgētiā: q2 tu non vis mortem peccatoris.

UVA. BHSC. IyR_124_2

## In feſto vnius martyris.

Carmen eſt quale illud Primo dierum. Canitur in feſto vnius martyris: cuius laudem narrat.

DEus tuorum militum
Sors: & corona: premiũ:
Laudes canentes martyris
Abſolue nexu criminis.

¶ O deus tu ſors ideſt pars tuorũ militum ideſt hereditas. vnde dauid. Dominus pars hereditatis mee: et corona et premium: quia tu ſecundum meritum tribuis mercedem: abſolue nos nexu criminis ideſt laqueo peccatorum nos dico canentes laudes martyris cuius hodie feſtum celebratur.

Hic nempe mundi gaudia:
Et blandimenta noxia:
Caduca rite deputans
Peruenit ad cœleſtia.

¶ Hic martyr deputans ideſt iudicãs vel eſtimans: rite ideſt recta gaudia mundi: et blandimenta eſſe noxia et caduca: peruenit nempe ideſt certe ad celeſtia regna.

Pœnas cucurrit fortiter
Et ſuſtulit viriliter
Pro te efundens ſanguinem:
Aeterna dona poſſidet.

¶ Et ipſe cucurrit fortier ideſt conſtãs forti animo: penas ideſt tormenta huius mundi tranſiuit et ſuſtulit ideſt ſuſtinuit illas penas viriliter effundens ſanguinem ſuum. et ideo poſſidet eterna dona.

Ob hoc: precatu ſupplices
Te poſcimus piiſſime
In hoc triumpho martyris
Dimitte noxam ſeruulis.

¶ Ob hoc ideſt propter hoc: quia propter ſanguinem fudit: o piiſſime pater nos ſupplices poſcimus ideſt precamur te precatu ideſt precibus humilibus: in hoc triumpho ideſt in hac victoria martyris: dimitte noxam ideſt culpam ſeruulis.

MArtyr dei: qui vnicum
Patris ſequendo filiũ:
Victis triumphans hoſtibus:
Victor fruens cœleſtibus.

¶ Materia huius hymni eſt vt relictis delectationibus et vanitatibus huius ſeculi bona opera exercendo deum cõſequamur. O martyr dei: qui fuiſti victor: victis hoſtibus: tu dico triumphans ſequẽdo vnicum filium patris es modo fruens celeſtibus bonis.

Tui pręcatus munere
Noſtrum reatum dilue
Arcens mali contagium
Vitę remouens tedium.

¶ Et quia tantis bonis frueris dilue ideſt extingue: reatum ideſt peccatum noſtrum tu dico arcens contagium mali ideſt diaboli: remouens tedium vite ſcilicet famem: ſitim: nuditatem: frigus: ſcilicet donando nobis temporalia neceſſaria.

UVA. BHSC. IyR_124_2

Soluta ſunt iam vincula
Tui ſacrati corporis
Nos ſolue vinclis ſeculi
Amore filii dei.

¶ Et quia vincula tui ſacrati corporis ſunt iam ſoluta a nexibus huius ſeculi diſſoluti: et eſt cum chriſto: ſic et ſolue nos a vinclis ſeculi ideſt abſolue nos a peccatis tuis precibus. et hoc amore filij dei.

Carmen eſt quale illud Nocte ſurgentes. Canit̃ in feſto cõfeſſorũ.

Iſte confeſſor domini ſacratus
Feſta plebs cui⁹ celebrat p orbẽ
Hoc die letus meruit ſecreta
Scandere cœli.

¶ Materia huius hymni eſt q totis viribus deũ ſuper oĩa laudare debemus. Intendit etiam autor in hoc hymno tractare de aſcẽſione illius cõfeſſoris in cuius memoria preſens hymnus totis laudibus celebratur. Iſte cõfeſſor dñi ſacratus a dño letus. i. exultans meruit hodie. i. in hac die: ſcandere. i. aſcendere: ſecreta celi. i. ad celos feſta cuius ſancti: plebs deuota celebrat per totum orbem.

Qui: pius: prudẽs: humilis: pudicus
Sobrius: caſtus: fuit & quietus:
Vita dum preſens vegetauit eius
Corporis artus.

¶ Qui. ſ. cõfeſſor fuit caſtus corpore ⁊ in aĩa pius. i. ſanctus ⁊ miſericors: prudẽs. i. humilis: pudicus in verbis: ſobrius in cibis: et quietus. i. trãquillus: dum. i. donec: vegetauit. i. nutriuit: artus. i. membra corporis eius preſens vita. i. quando erat in hoc ſeculo.

Ad ſacrum cuius tumulũ frequenter
Membra languentũ: modo ſanitati
Quolibet morbo fuerint grauata
Reſtituuntur.

¶ Ad ſacrum tumulum cuius confeſſoris membra languentum ideſt egrotãtum: reſtituuntur modo ideſt preſenti: ſanitati ideſt ſaluti frequenter quolibet morbo ideſt a quacunq infirmitate illa membra fuerint grauata.

Vnde nunc noſter chorus in honore
Ipſius: hymnum canit hunc libẽter:
Vt piis eius meritis iuuemur
Omne per euum.

¶ Unde nũc noſter chorus noſtrorum fratrũ canit hunc hymnum in honore ipſius confeſſoris: libenter ideſt voluntarie. et ad quid canimus? vt iuuemur pijs meritis ideſt patrocinijs et orationibus eius per omne euum ideſt per cuncta ſecula.

Sit laus illi decus atq virtus:
Qui ſupra cœli reſidens cacumen
Totius mundi machinam gubernat
Trinus & vnus. Amen.

¶ Sit laus. i. glia. dec⁹. i. honor atq virtus ſemp erit illi deo qui reſidẽs ſupra cacumen. i. ſupra altitudinẽ celi: trinus in pſonis et vnus i eſſentia gubernat machinã. i. fabricã totius mundi.

UVA. BHSC. IyR_124_2

Carmen eſt quale illud Primo dierū. Canitur in feſto virginum in quarum laude verſatur.

IEſu corona virginum
Quem mater illa cōcepit
Quę ſola virgo parturit
Hęc vota clęmens accipe.

¶ In hoc hymno laudat autor deum in cōmemoratione ſanctarū virginum: que domādo fragilem ſexū meruerunt ſcādere ſecreta celi. Rogat itaqꝫ deū: vt neſciamus vulnera corruptionis eiꝰ. O ieſu corona virginum quē. ſ. mater illa mirabilis: cōcepit. ſ. ſancta maria: que ſola mater inter alias virgo parturit tu clemens accipe ideſt ſuſcipe hec vota noſtra ideſt has preces.

Qui paſcis inter lilia
Septus choreis virginum
Sponſus decorans gloria
Sponſiſqꝫ reddens premia.
Quocunqꝫ pergis: virgines
Sequuntur: atqꝫ laudibus
Poſt te canentes curſitant:
Hymnoſqꝫ dulces perſonant.
Te deprecamur largius
Noſtris adauge ſenſibus
Neſcire prorſus omnia
Corruptionis vulnera.

¶ Tu qui paſcis ideſt letaris: inter lilia. i. bona opera: ſeptus. i. circūdatus: choreis. i. ordinibus virginum: ⁊ es decorans ideſt coronans: ſponſus gloria et reddens ſponſis premia.
¶ Quocunqꝫ ideſt ad quēcunqꝫ locum pergis: ille virgines ſequuntur te: atqꝫ canentes: curſitant ideſt currūt poſt te laudibus: qꝫ pro ⁊ perſonāt: dulces hymnos ideſt laudes.
¶ Et quia virgines perſonant tibi laudes precamur te: adauge largius ideſt augmenta amplius noſtris ſenſibus: ⁊ da prorſus ideſt omnino nobis omnibus neſcire vulnera corruptionis.

Carmen eſt quale illud Nocte ſurgentes. Canitur ſicut ſuperius in feſtis ſanctarum virginum.

VIrginis ꝓles opifexqꝫ mr̄is
Ꝟgo quē geſſit: pepitqꝫ ꝟgo:
Virginis feſtū canimus tropheū:
Accipe votum.

¶ Materia huius hymni eſt canere deo laudes: ⁊ ſeq̄ veſtigia eiꝰ. Cōmemoratio ſanctaꝝ virginū agitur in iſto hymno. O proles. i. o fili marie ꝟginis. ⁊ O opifex. i. creator matris quē ſcꝫ te virgo maria. geſſit. i. portauit: virgo. ſ. maria peperit. i. parturit. nos canimus feſtū virginis tropheum. i. victoriam. ⁊ ideo accipe. i. ſuſcipe votum ideſt preces noſtras.

Hęc tua virgo duplici beata
Sorte dum geſtit fragilem domare
Corporis ſexum: domuit cruentū
Corpore ſęclum.

¶ Hec tua virgo eſt beata duplici ſorte. ſ. caſtitate: ꝟginitate ⁊ martyrio: dum geſtit. i. deſiderauit domare. i. macerare fragilē ſexū. i. femineū: qr ſexus fragilis eſt. et illa domuit. i. deuicit cruentum. i. ſaguinolentum vel crudelem ſeclum ideſt diabolum corpore.

UVA. BHSC. IyR_124_2

Vn̄ nec mortē nec amica mortis
Sęua penarū genera paueſcens
Sanguine fuſo meruit ſecreta
Scandere celi.

¶ Vn̄ qꝛ domuit fragilē ſexū.ſ. corp⁹ ſuū: nec pro et ꝛ nō: nō fuit paueſcēs.i. timēs mortē: nec ſeua genera penarū: nec fuit amica mortis.i. diaboli vel peccati. ꝛ ideo ſanguine fuſo.i. conſumato martyrio: ipſa virgo meruit ſcandere.i. aſcendere: ſecreta celi.i. ad celos.

Huius obtētu de⁹ alme noſtris
Parce iam culpis vitia remittēs
Quo tibi puri reſonem⁹ almū
Pectoris hymnum.

¶ Et qꝛ meruit ſcādere celum o alme deus parce iā culpis.i. peccatis: obtētu.i. prece vel oratione huius virginis vitia remittens: quo pro: vt nos puri.i. caſti. reſonemus almum hymnū.i. cāticum.i. cantemus ſanctam laudem tibi ideſt ad honorem tuum. Gloria tibi domine qui natus.

Carmē eſt cacometrū q̄le illud luſtra ſex. Canit̄ in dedicatiōe eccl̄ię.

Urbs beata hieruſalē dicta pacis viſio
Quę cōſtruit̄ i cœlis viuis ex lapidib⁹
Et angelicis coornata vt ſponſata comite.

¶ In hac cōmemoratiōe celeſtis hierl̄m autor laudat deū: qui hoc ſacro tēplo īfundit iugiter ſuā bn̄dictionē: q̄propter rogare deū debem⁹: vt i hoc tēplo ſctō ſuo oēs ꝓmereamur acq̄rere eterna bona ꝛ adepta cū ſuis ſctis perēniter poſſidere. Hierl̄m btā vrbs.i. ciuitas celeſtis cōſtituta vel cōſtructa de aīab⁹ ſctōꝝ: q̄ ſunt viui lapides: ē dicta.i. interp̄tata viſio pacis: q̄ hierl̄m conſtruit̄ in celis ex viuis lapidib⁹.i. ſctīs aīab⁹. ſctī qui ſunt viui lapides. illa dico coornata.ſ. angelis vt ſpōſata.i. ſpōſa: comite.i. ſponſo.i. ſicut mulier ornata eſt viro.i. ſponſo: ita eccleſia chriſto.

Noua veniens e cœlo nuptiali thalamo
Prępārata vt ſponſata copuletur domino
Plateę & muri eius ex auro puriſſimo.

¶ Iſta noua ſpōſa.i. ſctā eccl̄ia veniēs e celo.i. xp̄o iſta dico p̄parata nuptiali.i. v̄ginali thalamo vl̄ lecto.i. lauacro baptiſmatis: vt ꝓ ſicut: ſpōſata copulet̄.i. cōiuget̄ dn̄o platee.i. vite.ſ. p̄fecti ambulantes in vijs dn̄i: ꝛ muri.i. p̄dicatores illius ſponſe ſunt: ex auro puriſſimo.i. ex ſplendore ſanctorum qui ſplendidi efficiuntur vt aurum puriſſimum.

Tonſionibus/preſſuris expoliti lapides
Suiſq; aptantur locis per manus artificis
Diſponuntur permanſuri ſacris edificiis.

¶ Lapides.i. ſancti martyres: expoliti ideſt aptati ad edificandum tonſionibus ideſt perſecutionib⁹ ꝛ afflicti preſſuris ideſt tribulationibus. Sicut lapides in muro ſunt edificati: ita anime ſanctorum ſunt ordinate in paradiſo: q; pro ꝛ: aptantur ideſt ordinantur: vel diſponuntur ſuis locis: per manus artificis.i. per manus filij dei. lapides dico permanſuri ſacris edificijs ideſt celeſtibus edificijs.

UVA. BHSC. IyR_124_2

Portę nitent margaritis aditis patētibus.
Et virtute meritorum: illuc introducitur
Oīs qui pro xp̄i noīe in hoc mūdo p̄mit̄.

¶ Porte. ſ. illi⁹ tēpli: nitēt. i. ſplēdēt margarit. i. virtutib⁹: aditis. i. liminib⁹ vel introitu: patētib⁹. i. aptis: oīs. i. xp̄ian⁹: qui ꝑ xp̄i noīe p̄mit̄. i. cruciat̄ in hoc mūdo. i. in hoc ſcl'o: introducitur illuc. i. in celeſtē hieruſalē virtute meritoꝝ. i. bonoꝝ operū ſuorum.

Angularis fūdamētū lapis xp̄s miſſus eſt
Qui compage parietis in vtroq; nectitur:
Quē ſctā ſiō ſuſcepit: in q̄ credēs p̄manet.

¶ Xp̄s ē lapis angularis. q2 a iudeis fuit rebrobat⁹: Vn̄ dauid. Lapidē quē reprobauerūt edificātes ꝛc. Cū duos populos in vnū cōiūxit. ſ. iudaicū ꝛ gētilē: q2 xp̄s fili⁹ p̄duxit nos ad eternā beatitudinē ſummi regis. i. dei patris xp̄s fundamentū toti⁹ eccl'ie: miſſus eſt a patre: vel eſt fact⁹ lapis angularis: qui lapis nectit̄. i. cōiungit̄ cōpage. i. cōiunctiōe parietis: in vtroq;. i. in duob⁹ pp̄lis. ſ. in iudaico ꝛ gētili quē. ſ. xp̄m ſion ſuſcepit. Sancta ſion interp̄tat̄ eccl'ia vel ſpeculatio: in quo. ſ. in xp̄o: vel eccl'ia credens. i. xp̄ianus qui credit: permanet firmiter ſtat. ſ. in fide ſancte eccleſie.

Omnis illa deo ſacra & dilecta ciuitas
Plena modulis in laude canore iubilo
Trinū deū vnū quoq; cū fauore predicat.

¶ Omnis illa ciuitas. i. eccleſia militās: deo. i. ad honorē dei eſt ſacra. i. ſacrata et dilecta. i. amata a deo: et plena modulis. i. cātilenis angeloꝝ in laude dei ꝛ canore. i. cantu vel canore iubilo. i. duplici exultatione. Jubilus eſt gaudiū illud qd̄ eſt interius in hoīe: qd̄ oīno nō poteſt referri nec oīno tacetur: ꝛ pre animi exultatione. et ſancta eccleſia: predicat trinū deū. ſ. in pſonis: quoq; ꝑ ꝛ: vnū in ſubſtātia vel eſſentia: cū fauore. i. cū p̄ce.

Hoc in tēplo ſumme de⁹ exoratus adueni
Et clementi bonitate precū vota ſuſcipe
Largā benedictionē hic infunde iugiter.

¶ O ſumme de⁹ exoratus: ſcʒ a nobis. i. tu dep̄catus: adueni p̄ gratiā in hoc templo. i. in iſta eccl'ia: ꝛ ſuſcipe vota. i. p̄ces vel orationes deuotas: p̄cū. i. rogātiū te: clemēti bonitate. i. tua miſericordia vel pietate infunde. i. immitte: hic iugiter. i. perēniter vel aſſidue largā benedictionem.

Hic promereātur omnes petita acquirere
Et adepta poſſidere cū ſanctis perenniter
Paradiſum introire tranſlati in requiem.

¶ Hic. ſ. in ſacra eccleſia: vel hic. i. i iſto loco cōgregatio oīm fideliū vel oēs fideles: p̄mereantur. i. mereantur: acquirere. i. adipiſci et obtinere petita. i. iuſtas ꝛ ſanctas ſuas petitiones: ꝛ mereantur poſſidere. i. retinere: perēniter ideſt perpetuo: adepta ideſt precibus ſuis acquiſita: et mereantur: introire ideſt ingredi: paradiſum. ideſt celū cum ſanctis ideſt iuſtis fideles: dico tranſlati in requiem. i. in gaudium ſempiternum. Amen.

Finis.

UVA. BHSC. LyR_124_2

Primo dierũ oĩz q̃ mũdꝰ extat ꝯditꝰ.
Eterne rex ꝯditor: noctē dieq̃ q̃ reg.
Nocte ſurgētes vigilemꝰ oēs: ſp ī pſal.
Ecce iã noctꝭ tenuatᷓ vmbra: lucis au.
Iã lucis orto ſydere: deũ ꝓcemur ſup.
Nũc ſctē nobis ſpũs: vnũ prī cũ filio
Rector potēs verax deꝰ: q̃ tēperas rex
Rex deꝰ tenax vigor: imotꝰ in te ꝑma.
Lucis creator optīe: lucē dierũ ꝓferēs
Te lucis an terminũ: rex creator po.
Chriſte qui lux es ⁊ dies noctis te.
Immēſe celi conditor: q̃ mixta ne cõ.
Sõno refectis artubꝰ: ſpreto cubili.
Splendor paterne glīe: de luce lucē.
Conſors paterni luminis: lux ipſe.
Ales diei nuncius: lucē propinquã.
Telluris ingens cõditor: mũdi ſolũ.
Rex creator optime: creatorq̃ noster
Nox ⁊ tenebre ⁊ nubila: cõfuſa mũdi.
Celi deus ſanctiſſime: qui lucidum.
Nox atra rerũ cõtegit: terre colores.
Lux ecce ſurgit aurea: pellēs fatiſcat.
Magne deus potentie: qui ex aquis.
Tu trinitatis vnitas: orbē potenter.
Eterni celi gloria: beata ſpes morta.
Plaſmator hoīs deus: qui cuncta.
Sũme deꝰ clementie: mũdiq̃ factor.
Aurora iã ſpargit polũ: terris dies.
O lux beata trinitas: ⁊ principalis.
Conditor alme ſiderum. eterna lux.
Verbũ ſupernum prodiens: a patre.
Vox clara ecce intonat: obſcura q̃q̃.
Veni redēptor gētiũ: oſtēde ꝑtũ vgīs.
Chriſte redēptor gentiũ: ex pr̄e prīs.
A ſolis ortꝰ cardine: ad vſq̃ terre li.
Nũciũ vobis fero de ſupernis: natꝰ.
Hoſtis herodes ipie: xp̄m venire q̃d.
Aue maris ſtella: dei mater alma.
Quem terra põthus ethera: colunt.
O glorioſa dña excelſa ſupra ſidera.
Ad chorus vatũ: venerandus olim.
O q̃ glorifica luce coruſcas: ſtirps da.
Martyris ecce dies agathe: vginis.
Chriſte ſanctorũ: decus atq̃ virtus.
Iam xp̄e ſol iuſticie mētis de hiſcāt.
Audi benigne conditor nr̄as preces.
Clarũ decus ieiunij: mõſtrat orbis.
Ex more docti myſtico: ſeruemus.
Dicamus oēs cernui: clamemꝰ atq̃.
Vexilla regis ꝓdeunt: fulget crucis.
Pāge lingua glioſi: pliũ certaminis.
Luſtra ſex qui iam peracta: tempus.
Chorus noue hierlm: noua melos.
Rex eterne dñe: rerũ creator omniũ.
Aurora lucis rutilat: celũ laudibus.
Ad cenã agni ꝓuidi: ⁊ ſtolis albis cã.
Eterne rex altiſſime: redēptor ⁊ fide.
Ieſu nr̄a redēptio: amor ⁊ deſideriũ.
Veni creator ſpūs mētes tuorũ viſita
Iã xp̄s aſtra aſcēderat: regreſſus vñ.
Beata nobis gaudia: anni reduxit.
Pāge lingua glioſi: corpis myſteriũ.
Sacris ſolēnijs: iuncta ſint gaudia.
Vt queāt laxis: reſonare fibris: mira.
O nimis felix meriti celſi: neſciēs la.
Felix per oēs feſtũ mundi cardines.
Aurea luce ⁊ dcore roſeo: lux lucis ⁊ oē.
Doctor egregie paule mores inſtrue.
Tibi xp̄e ſplendor patris: vita virtꝰ.
Chriſte ſanctorũ: decus angelorum.
Chriſte redēptor oīz: ꝯſerua tuos fa.
Ieſus ſaluator ſcl'i: redemptis ope.
Rex xp̄e martini decus: hic laus tua.
Martine par apl'is: feſtum colētes.
Exultet celũ laudibꝰ: reſultet terra.
Eterna xp̄i munera: apoſtolorũ glīa.
Sctõꝝ meritꝭ iclita gaudia: pāgamꝰ.
Rex glioſe martyrũ: corona ꝯfitētiũ.
Deꝰ tuorũ militũ: ſors ⁊ corona ꝓmiũ
Martyr dī q̃ vnicũ: prīs ſeq̄ndo filiũ.
Iſte confeſſor domini ſacratus.
Ieſu corona vginũ: quē mater illa cõ.
Virginis ꝓles opifexq̃ mr̄is: vgo quē
Vrbs btā hierlm: dicat pacis viſio.

Compluti Anno. M.D.XXVI.

UVA. BHSC. IyR_124_2

Hujus Liagm...

Hujus libri est hunc Hujus l

Orationis ad plenum

hyjo karisimo señor padre mas

karisimo señor padre mas

karisimo señor padre la causa de mi escrebir es por causa de dineros que stoy con mucha necesidat

mi leal amigo que el libro

alla tema ... luego quien

por onum...

de la llave tenemos ...

no lo ... 

i consejera ... dar mi ...

en tres ... ayaliba

... pagar ...

alladur mulio priente

qualquiera ... tuviera

pudo ... muy humilmente

que ... mui ...

... alloras

... saber que ...

... muriel ...

... sabidas

... mi ...

UVA. BHSC. IyR_124_2